





1557.

D. D. I.  
INTER

1717, 15  
3

SECVLARIVM SACRORVM EVANGELICORVM SOLEMNIA II

20

VINDICIAS  
IVRIS IMPERATORII  
ADVERSVS  
VRBIS ROMAE EPISCOPOS

AB

IPSIIS AVGUSTIS FACTAS

DVCTIS A TEMPORE REPVRGATAE IN GERMANIA  
DOCTRINAЕ CHRISTIANAE INITIIS

AUSPICIO

RECTORIS ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMI  
SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI

DN. GVILIELMI HENRICI  
DVCIS SAXONIAE IVLIACI CLIVIAE MONTIVM  
ET ANGARIAE RELIQUA

PRAESIDE

DN. BVRCARDO GOTTHELFFIO  
STRUvio ICto

SERENISSIMORVM DVCVM SAXONIAE UT ET SERENISSIMI MAR-  
CHIONIS BRANDENBURGICI CONSILIARIO, ETIAM AVLICO,  
DVCALI HISTORICO, IVRIS AEQUE AC HISTORIARVM  
PROFESSORE PVBLICO

PATRONO AC PRAECEPTORE AETERNIS OBSEQUIIS COLENDO  
IN AUDITORIO IVRISCONSULTOKVM  
AVGUSTI IVRIS FAVORIBVS  
PER QVIRENDAS PROFONIT  
AVCTOR

CHRISTIANVS GOTTLIEB BVDER

LVSATVS

AD D. NOVEMBRIS A. AERAE DIONYS.  
clo Dec XVII.

IENAE LITTERIS FICKELSCHERRIANIS.

Braenobilissimo, Amplissimo, Consultissimo On Walde,  
Lysatiae Superioris Proceribus a Secretis Patrio-  
no singulariter colendo m. obseruantissimis H.

5586



# CHRISTIANA'S GOTTES HABE

10. *On the other hand, the author of the* *Principia* *had* *not* *done* *so*.

see [the](#) [list](#) [of](#) [books](#) [written](#) [by](#) [him](#)

卷之三

Urbanization and Land Substitution Costs

# MAGISTER VIRIS

MAGNIFICIS EXCELLENTISSIMIS DE IVRE  
CONSVL TISSIMIS AMPLISSIMIS PRVDEN-  
TISSIMIS GRAVISSIMISQVE

# DOMINIS

**CONSVLIBVS  
SYNDICO  
PROTOCOLERARIO  
PRAETORI**

## CETERISQUE

# SENATORIBVS

INCLYTAE AC FLORENTIS REIPUBLICAE BVDISSIONENSIS  
FORTVNAM AC INCREMENTA, INSIGNI MERITORVM  
GLORIA PROMOVENTIBVS

PATRONIS ET AMPLIFICATORIBVS AETERNIS  
OBSE<sup>Q</sup>VIIS SVSPICIENDIS.

MAGNIFICI VIRI  
PATRONI INDVLGENTISSIMI  
CONSERVATORI  
TISSIMIS GRVASSIMIS  
DOMINIS  
SYNDICO  
PROTODECANERARI  
PRAEATORI



Indicias Iuris Imperatorii aduersus Vrbis Romae Episcopos ab ipsis Augustis factas, vobis Iurium Vestrorum, cum Ciuilium, tum Ecclesiasticorum, Musarum adhaec, & doctrinarum summis Vindicibus, Cliens VESTER ac Beneficiarius, data submissi obsequii significatione, offero, easdemque vestris Nominibus consecro. VOBIS enim

enim Magnifici viri, Studiorum Academicorum fruges, proprio veluti iure competitunt, qui in per celebri VESTRO Gymnasio, per multos annos omnibus quac a B. Maestigio pro fluxerunt beneficiis, VESTRISQVE abunde me cumulastis, tributoque literario stipendio per tres annos, egregium subsidium per liberaliter tribuistis. Quam summam ac commemorabilem VESTRAM benignitatem, dum publica hac gratiarum actione praedico, magnopere & ea quae Clientem decet veneratione Vos Patroni Indulgentissimi oro ac obtestor: Velitis, has palleries, summa festinatione, quatuor vix hebdomadarum spatio, a me collectas & digestas, sueta VOBIS mihi que tenui subinde comprobata benevolentia suscipere. Scio equidem, argumenti quod per colendum sumsi gravitatem, ingenii mei vires longe superare, noluitam obesse mandatis magnae dignationis virorum, qui scriptoris huius necessitatem imposuerunt; vtendum ratus, subsidiis, quae instructissima Bibliotheca illustris Viri BVRCARDI GOTTHELFFII STRUVII Patroni mei, singulis diebus mihi concedit. VESTRO iudicio EXCELLENTISSIMI VIRI ergo hos meos conatus, fauori que VESTRO fortunam meam permitto, ac immortalem ac praepotentem DEVU, qui imperantium regentiumque Decus & Ius defendit, sanctissima precum religione obsecro: iubeat, consilia laboresque VESTROS, quos pro Sanctio-

Etioris coetus, ciuitatis, ingeniorumque incrementis  
adsidue prudenterque luscipitis, semper esse fortunatos;  
Vosque ac Familias Splendidissimas prospero ac aequa-  
bili fortunae cursu summaque dignitate nunquam de-  
minuta, sed illibata seruet.

EXCELENTISSIMORVM AC AMPLISSI-  
MORVM VESTRORVM NOMI-  
NVM

IENAE

Bibliotheca STRUVIANA

A. R. G. CIO IO CCXVII.

d. XI. Nouembr.

deutus obsequitissimusque Cliens  
AVCTOR.

Q. D. B. V.

# VINDICIAE IVRIS IMPERATORII ADVERSUS EPISCOPOS ROMANOS

## TRACTATIO GENERALIS

### I.



X quo Urbis Romae Episcopi, suae conditionis parum memores, orbis terrarum gentiumque principatum summa appetitione anhelarunt, perductis per fraudem in arbitrium potestatemque suam Ordinis Ecclesiastici Viris, quos pares olim habuerant, id vi fallaciisque egerunt, ut Principes rerumque dominos, superbae dominationi aduersos, sub iugum mitterent.\*

\* Quod omnis aevi Scriptores qui sanctioris & ciuilis Historiae monumenta reliquerunt comprobant, neque ex eorum numero, pontificiae auctoritati fauentes, id dissimularunt. Testes veritatis huius incorruptos atque graues ex tenebris quibus barbaries eos obduxerat, evocavit MATTHIAS PLACIVS Albona-Illyricus, in Catalogo suo, qui omnes, ea temporum caligine, ore & scriptis, ad sanguinem vsque, crescentem dominationem, oppugnarunt. Prodiit Opus curis Io. Conradii Dieterichii post Simonis Gouartii labores auctum, Francfurii 1672. Postea, grauissima integerimorum virorum testimonia querelasque magna cura congregata exquisitioque iudicio illustravit PHILIPPVS MORNAYVS, Plessiaci Mariiani Dominus, splendidissimis aulae belisque muneribus functus, in Mysterio Iniquitatibus, seu Historia Papatus, quibus Gradibus ad id saepius enierat, quamque acriter omni tempore ubique & piis contra intercessione.

A

Quod

## VINDICIAE IURIS IMPERATORII

Quod egregium opus *Salmurii* Anno 1611. f. splendido adparatu, *Genueae* autem locupletius & ab ipso Auctore recognitum 1612. prodiit, inque adserendis Imperatorum, Regum, Principum, contra viam Papalem iuribus, aptissima argumenta suppeditabit. Socium ei adduco Celeberrimum Tigurinorum Theologum IO. HENRICVM HEIDEGGERVM, iustis subisdicis instrucum; in *Historia Papatus*, nouissimo Historiae Lutheranismi & Calvinismi fabro (Mainburgio) reposita, Amstelodami 1624.4. primum, sub persona Nicandri ab Hohenegg in lucem emissa, anno vero 1698.4. recusa. Adiecta est FRANCISCI GYLCARDINI qui Leoni X. Pontificis a Secretis fuit *Historia Papatus*. Quia doctissimus Theologus, ad septem Periodorum Ecclesiae Romanae, Paparumque serient iniustas dominationis incrementa sensim facta, grauerit indicat. His Duum Viris tertius accedat par iisdem iudicio, ingenio certe superior SAMVEL PUFENDORFIVS in elegantissima commentatione sub *Meditationis Civilis de Sacro Principatu Episcopi Romani* titulo, Introductio eius in Regnum Europae Historiam Cap. XII. p. 722. adiecto; & ab aliis ESAIAE fratri, prudentissimo viro, adscripto. Quod opus scilicet Pontificiae potestatis factores non leuiter commouit, summaque odium & auctori & editori explanatorique nuperimo illustri Viro CHRISTIANO THOMASIO excitat, qui in Auditorum vsum libellum Hale 1714. suo denuo promulgauit. Cuins quidem rei causas exinde quero, quod demonstratis per *Historiam Papatus* calidissimis consilis, quas in supprimendis Principibus euerterendisque illorum iuribus adhibent, maiora damnata perimeant, quam vnguam ex Theologorum contra Bellarminum alias iniquitatis propagatores editis scriptis acceperunt. Sequatur Pufendorfio amicissimus, atque ad percolendum de Monarchia Papali argumentum auctor MATTHAEVS GOEBELIUS, Consul Budissinus, in *Historia omni posterioribus que doctrinis haud vulgariter veritas*. Qui sub THEODOSII GIBELLINI persona primum, in denen Gelehrten des Publicischen Stuhls Arnstadii & Lipsiae 1684.8. post additis quamplurimiis sub *Caesareo-Papiae Romanae* elogio 1691.8. recuso opere, & nuper adiectis Elucidationibus Historico-Politicis *Budissae* forma quatuor pagellarum promisso, machinas fraudesque quibus in supprimendis Ecclesiasticis Viris, exigitandisque Imperatoribus vñus est Episcopus Romae, non sine diligentiae iudicique laude exposuit. Neque reticendus mihi est, paucis quantum recordor laudatus DANIEL LESTORPIVS Lubecensis, Ioannis Strauchii exquisitissimi Iurisconsulti auditor, qui *Formatione & Exclusione infraunitae Monarchiae Papalis* Jenae 1656.4. edita, Iura Caesaris summarumque Potestatum circa Sacra, a mala Baronii fide, vindicavit, Strauchianamque ex optimis Scriptoribus commentandi rationem, hanc infeliciter expressit. Qui omnes quod breuiter strictimque comprehendeo, inculentissimis argumentis

com-

ADVERSUS EPISCOPOS ROMANOS.

3

comprobarent, & si paucissima excipias, vel diligentissimo otium fecerunt. Velle tam ad manus oculosque suulent doctissimi Angli, TO. THOMAS PHILIPS *Dissertationes Varii Argumenti*, Londini 1715. 8. editae, inque *Lippensium Eruditorum Allis Latinis Mensis Iuvio p. 258.* excerptae, quarum prima, ut summa illa capite demonstrant, declarat, quibus fraudibus sacri dominatus incrementa fuerint promota, concluditque libellus Auctor: Eum qui in Papatus technis & circumveniendi rationibus bene sit versatus, in quavis Republica, sine via exceptione loci vel temporis, summum euasurum politicum. Adodo, quos principe loco ponere debueram CHRISTIANVM THOMASIVM, illudrem Virum, in *Commentationibus variis* forti animo insig-  
nique iudicio scriptis, in primis vero elequisimis suis variorumque Notis ad IO. PAVLLI LANCELOTTI *Institutiones Iuris Canonici*, Halae Quatuor Partibus ab an. 1715. ad praesentem in 4. editis arcanaque Do-  
minationis Papalis, Episcopalis & Clericalis in Ecclesia detergentibus; Et IUSTVM HENNINGIVM BOEHMERVM, Excellentissimum ac eruditissimum Virum, cui omnes ingenui magnam purgatae Iuris Ec-  
clesiastici prudentiae laudem tribuum, cum in limatisimis Dissertationib-  
us; tum iis quas de Iure Ecclesiastico antiquo dedit Diff. III. §. LXIX.  
p. 214. & Diff. VIII. §. XIV. p. 445. Adiungo *Origines MATERIARUM  
Iuris Ecclesiastici Cap. VII. p. 323. seqq.* & Iuris Ecclesiasticum Protestan-  
tium, summo intelligentium plausu exceptum; quo praelato opere,  
singulis titulis, origines progreßumque Principatus sacri animo aperit.

II.

Orsis tantum operis, obstabant potissimum IMPERATORES  
AVGVSTI, quos & paganae religioni addictos, inter asperrimas  
persecutiones, per annos ducentos fere ac septuaginta Dominos ha-  
buerant, postea in Oriente sedentes coluerant, translatoque ad Fran-  
cos Occidentis Imperio, ex iis Saxonibusque, quod Caroli atque Ot-  
tonis, Magnorum Principum temporibus contigit, Langobardorum  
ac malorum Tyrannorum armis exagitati, sua populique Romanii  
voluntate *Patrios, Adlocatos, Vrbisque ac Imperii Dominos ad-*  
*scierant*, iisque fidem sacramento religiosissime dederant. Ho-  
rum Imperio excuso, facile sperabant victoram, communis ser-  
vitutis architecti Episcopi; suppressoque proprio Domino, cuius  
summa inter Principes auctoritas, eo cum primis tempore, quo con-  
silia haec agitabantur erat, reliquos facili negotio imperata factu-  
ros credebant.\*

\* Manifesta haec Episcoporum contra Imperatores Dominos seditionum con-

40 VINDICIAE IURIS IMPERATORII

filia, mira arte occultata, reddidit MATTHAEVS PARIS, Monachus Albanensis Anglus, Scriptor cordatissimus, dum Innocentii IV. furores, aduersus Fridericum II. Imperatorem, maximum Principem & invictum sui in Italiam, Romaeque Episcopum Iuris vindicem, graviter recens et, arcana hanc Historiam ad Annum 1250. pag. 670. (Edit. London. f. d. an. 1684.) ita aperit: *A nonnullis affirmative dicebatur, quod Dominus Papa scilicet & super omnia desiderabat ipsum, quem MAGNUM DRACONEM (attende Iudicium subditum de Domino) vocabat, pessundare, ut ipso SVPPEDITATO atque CONCVLCATO, Reges Francorum & Anglorum; nec non & alios Christianitatis Reges (quos omnes REGVLOS & SERPENTYLOS esse dicebat) facilius EXEMPLU di-  
lli Frederici perterritos concularet, & bonis suis ac Prelatis corundem ad libitum spoliaret. Et hoc verbum cum factis enormibus, que talibus dictis testimoniis poterant perhibere, in MULTO RVM CORDIBVS offendicula generarunt, & ipsum Fridericum similiter infirmitate permotum, pacem geratim que quaesivisse, que tamen ipsi denegabatur. Ita MONACHUS ad Annum 1249. p. 665. Obulit bonefam pacis formam Domino Papae, sed Papa latifaciat de aduerfitatis suis, noluit quae obulit acceptare: Vnde multorum incurrit indignationem & rancorem Nobilium, qui coepi-  
runt ipsum Fridericum consolari & eidem adhacere & superbiam SERVI  
SERVORVM detestari.*

III.

Quas machinas ad propriam summaeque potestatis omnis perniciem callidissime struntas, Imperatores ipsi imprudenter promouerunt. Dum Episcopis, quos discordis sciis in ordinem redigere poterant, confilii parum prudentibus moti, nimium indulgerent; \* ROMAE que cumprimis VRBIS EPISCOPO, sub Christi Seruatoris ac Petri Vicarius figmento, Primum inter reliquos sui ordinis molienti, fauentes, Legibusque publicis eundem confirmantes, \*\* extendendas subactis Ecclesiis, in ipsos Imperatores Dominos suos ac Principes alios, potestatis, \*\*\* occasionem percommodam, improuide dederunt. Taceo iam graues errores alios in cumulando diutius & honoribus augustis Episcopo, commissos, quos per-

percensere singulos, praesens institutum non permittit, aliique me perspicaciores solerter obseruarunt.

\* Interque hos primus CONSTANTINVS Magni nomen adeptus, sed imperandi artibus parum instruatus Princeps. Hic equidem teste EVSEBIO, de Vita Constantini Cap. XXIV. p. 536. 537. (Edit. Henrici Valisii Mogunt.) Episcopis coniuvio exceptis, praesente & accumbente simul Eulebia denunciabat: *Se quoque Episcopum esse;* atque ad demonstranda sua circa Sacra Iura, pergens confirmabat: *Vos quidem in iis quae intra Ecclesiam sunt, (Iura Ordinis intelligens,) Episcopi estis; Ego vero in iis quae extra geruntur EPISCOPVS A DEO SVM CONSTITUTVS.* Hinc & adulator Historicus subiungit: *consilii capiens, didicis congruentis, omnes Imperio suo subiectos Episcopali sollicitudine gubernabat;* Et quibusunque modis poterat, se veram pietatem conscienciarum incitabat. Tamen Iuris sui officiique parum memor, ambitionem Episcoporum dominandi pruritum cultit, iisque plenariam negotiorum Ecclesiae dispositionem unice sibi referuantibus timide cessit, quod vel unico OSII Cordubensis Episcopi exemplo, ab ATHANASIO in Epistola ad Solit. sitam agentes relato, comprobare possem, nisi id ab alius factum iam videarem. Hanc Constantini indulgentiam, SAMUEL PYFENDORFIVS, rationibus quibusdam politicas excusare conatur, *Meditationis Cinilis de Monarchia Papali* p. 61. seqq. quas tamen illustris Vir CHRISTIANVS THOMASIVS, notis libello subiectis, solide confutavit. Nemini autem haec imperatorum officatio, maiores spiritus attulit, quam ROMANO, cuius & ob Vrbis celebratatem, quae domina orbis fuerat, & ob institutionem Ecclesiae Apostolicam, summa inter reliquos auctoritas habebatur. Comprobant id CAELESTINI Episcopi contra Pelagianos Nouatianosque gesta, atque indicium sincerum SOCRA-  
TIS, quod *Historia Ecclesiastica Lib. VII. Cap. XI. p. 347.* huic negotio subiungit, ipsis verbis ita latino sermone conceptum: *Sed inuidia quoque istos attruit, eorum EPISCOPVS ROMANVS perinde atque Alexandrinus, ULTRA SACERDOTIL FINEM progressus, iam olim in DOMINATIONEM degenerasset.* Habemus huius rei testimonia prae-  
clara grauisimorum per omnia Secula scriptorum, quae cumulare nolo,  
permotus grauitate verborum SIMEONIS SCHADI Juris Consulti  
verè Germani, inque vindicandis Imp. Iuribus immortaliter meriti,  
saepius in hoc arguento a me commemorandi. Is Libello de *Perfidia, Insolentia ac Tyrannide Pontificum Romanorum, erga Imperatores Germanicos, ex veris historiarum monumenti collecto;* & ab INNOCENTIO QUINTILLETTO Iurisconfito Delphinate Syndicoque postea Genevensi denuo Ambergae 1609. 8. sub Speculi Jesuicii titulo, edito, Dominationis Papalis in Imp. origines progressumque tanta grauitate, ad mentem ve-

VINDICIAE IURIS IMPERATORII

terum scriptorum indicauit, ut quod vel centum testimonii demonstrandum esset, id nervosus complexus SCHARDIVS p. 5. perrat hodie libelli ita exponit: Cum diuina misericordia a Constantino Magno Christianorum Ecclesiae pace data, episcopi ex latibus, cryptis ac specubus, in quibus tempore persecutionum latuerant, eduti, mundi deliciis ac inutili otio finiti, vitam amenam ducere, a via praedecessorum defelctere, ac per verbi divini neglegctionem, & terrenas affectiones, Christi ac Apostolorum doctrinam canonibus, decretis, ac caerimonis vestire, non dignitatum officia excoigitare, Ecclesiam &nam alii omnibus praeferre, discrimenque ordinis ecclesiastici aique politici conuellere minime erubuerunt: mox tanta doctrinæ, disciplinæ, & ordinis confusa est nata, & non gregis dominice pastores, sed lupi rapacissimi: non sacerdotes, sed blasphemæ: non rectores, sed ejectors animarum a conspectu altissimi esse viderentur. Et postquam corruptio-nes doctrinæ Christianæ, secularam ac impianam quorundam Episcoporum vitam recentiuerint, quia ratione fe aduersus Imperatores Dominos gesserint, adiicit: Sed & dominandi cupiditate ac superbia elati, contra diuinum praeceptum, secularibus negotiis se se inxiplicare, a subiectione regum se se subtere, aliena usurpare, falso proternari in messem non suam temere porrigeare, & tamque personam gerere; Jurisdictionem &trisque gladii sibi arrogiare, neminem parentium superiorum ferre, alius ius atque honorem precepere, regibus imperare atque legis prescribere; C A R S A R E S & preceario regnantes floccifacere, davouere atque capite diminuere; principes cum principibus committere, discordias seminar, factiones confirmare; subditos a fidelitatibz iuramento absoluere, ac ad illicitam rebellionem sua improbitate atque astutia impellere cooperant: ita, & post constabilitam tyrannidem suam, fraudibus, caedibus, bellis, omniq[ue] scelerum genere, ROMANI IMPERII TESTAMENTUM maiore ruina quam ulli exteris barbarique hostes & atque potentias sua deformarint atque opprimerint.

¶ Argumentum erroris huius sat copiose praebet Codicis Iustiniani Titulus de Summa Trinitate & Fide Catholica, in primis IVSTINIANI Imp. ad IOANNEM Archiepiscopum & Patriarcham Vrbis Romae Epistola L. 8. relata, vbi Principatum sacrum confirmat: Redentes, (scribit) honorem Apostolicae Sedis, & vestrae Santitatis, (quod semper nobis in voto & fuit & est) & vt decet patrem, honorantes vestram beatitudinem, omnia que ad Ecclesiarum statum pertinent, festinanimus ad mortuum deferre vestrae Santitatis: quoniam semper nobis fuit magnum studium unitatem vestrae Apostolicae sedis & statum sanctorum Dei Ecclesiarum custodiare, qui hactenus obtinuit, & incommode permanet, nulla intercedente contrarieitate. Ideoque OMNES SACERDOTES UNIVERSITATIS ORIENTALIS TRACTVS, ET SYBIICERE ET UNIRE SEDI vestrae sanctitatis properavimus. In praesenti ergo, quae commota sunt (quamvis manifesta & indubitate sint, & secundum apostolicam vestrae sedis doctrinam, ab omnibus semper sacerdotibus

ADVERSVS EPISCOPOS ROMANOS.

dotibus firme custodita ac predicata, necessarium duximus, ut ad notitiam vestram sanctitatis perueniant. Nec enim patimur quicquam, quod ad Ecclesiarum statum pertinet, quamvis manifestum & indubitatum sit, quod mouetur, et non etiam vestram imotescat sanctitati, quae CAPUT est omnium sanctarum Ecclesiarum. Per omnia enim, (et dictum est) prosperamus honorem & AVCTORATATEM CRESCERE VESTRAE SE-DIS. Quam vero grata fuerit IOANNI haec Epistola abunde declarat subiectum L. 8. fragmentum responsiae Episcopalis. Perfectus quod reliqui cooperant PHOCAS inuictor Imperii ac parricida, vel hoc nomine Imperio indignus, quod approbatori scleris Bonifacio III. in odiu Patriarchae Constantinopolitani, feralem Oecumenici Episcopi titulum tribuerit; excitaveritque ad inuadendam Imperatorum Iura. Quam genuinam negoti caussam contra coaeuorum Historicorum fidem recens eruditissimumque alias, *Breviarium de Vita Geffisque Pontificum, Antwerpiae 1717. 4. editi, scriptor, FRANCISCVS PAGI,* reticuit, disimulatique tot fidis testibus, Viro in Veterum lectione veratissimo probe cognitis; superiorum certe metu adductus, vnicq; Anastasi Bibliothecarii suspecto testimonio asserter Tom. I. p. 380. ausus: *Phocam ex aequitate caussam illam dijudicasse, vnde qui bene cognovisset Ecclesiam Romanam Iure divino Primatum semper tenuisse super omnes totius orbis Ecclesias.*

- \*\*\* Declarat id euidenter *Synodica Episcoporum Gallorum Episola, data anno DCCCXLIX.* quaer appetat inter SERVATI LVPI Abbatis Ferrariensis Episolas p. 126. (Edit. Anverp. 1710.) qua Episcopi grauisime Nomenio Britannicae gentis Priorem sive Ducem obiungant; interque atrocia facinora, neglecti Papalis mandati crimen referentes, in Primatu, Imperatorum negligencia concessò, fundamentum querunt, his verbis: *Sed ad cumulum malorum auxisti TEMERITATEM & omnem laesisti CHRISTIANITATEM dum Vicarium B. Petri Leonem Apostolicum, cui dedit Deus Primatum in omni orbe terrarum foreuisisti. Cum enim eum postulasset, ut in libro suo se scriberet, & pro te Dei clementiam exoraret, & ille directis litteris se id facturum promisisset, si se monenter obedienser andres, non solum nihil eorum quae mandauerat fecisti, sed ne litteras quidem ipsas recepisti; & quia nobetas a male defensare, timuiisti bene morientes audire. In eo igitur laesisti Apostolos, quorum est Princeps Petrus. Laesisti Episcopos, qui iam cum Deo regnare in celis & miraculis corsicant in terris. Laesisti & nos: qui etsi non habeamus eorum meritum, idem tamen diuina gratia habemus officium. p. 129. putant Episcopi: Maximum reatum contraxisse Ducem, quod Epistolam Papae non receperit. Sub finem vero hanc ob violatam Papalem Maiestatem sententiam pronunciant: *Si vero nos benigne morientes contempseris, certum tibi sit nunquam tibi futurum locum in caelo; & si non futurum in terra: quia tua culpa* *sepas.**

VINDICIAE IURIS IMPERATORI

separatus ab apostolica & nostra societate, anathematis ultione locum habebis, quod auerat Deus in tartaro. Causam vero non receptae a Nomenoio Papalis epistolae ingenue aperit in eruditissimis ad Episcoporum litteras notis; candidissimus Senex STEPHANVS BALVZIVS, de Antiquitatibus & Historia Franco-Germanicis immortaliter meritus p.436. Existimasseque dicit Nomenoium, quaedam in ea contineri contraria dignitati sue sc. Principis. Suetumque, id adiicit, Gallis suis, quoties rescripta Romanae Curiae aduersari credantur Regum Iuribus.

IV.

Mansit haec mens Imperatorum, & in extollendo diuitiis honoribusque Romae Episcopo feruens studium, ad ea vsque tempora, quibus maximo suo damno cognoverunt, subditum, clientem, beneficiariumque suum, fucoso Serui Scruorum titulo sanctissimam humilitatem simulantem, temporis opportunitate usum, summo orbis cum stupore, se ab Imperatorum ac Regum subiectione & obediencia eximere, falsis Priuilegiis inniti, Imperatoribus se praeferre, eos Iuribus Imperialibus vi doloque priuare: sub praetextu utriusque Potestatis, Ius Imperatores confirmandi & remouendi sumere, eorum subditos a fidelitatis sacramento absoluere, denique DEI ordinationem furenter pedibus conculcare. \*

\* Exprimo miserabilem hanc vicisitudinem, graui causa motus SIMEONIS SCHARDII, summi Viri potissimum verbis, meque eiusdem auctoritate & veritate rei tuor, quam omnis Historia loquitur. Scripsit is simili plante ratione, quem summi Imperatoris statimque Iudicij, quod Spirae Nemetonum Germaniae iura dabant Adfessor, Epistola Maximiliano II. Imp. Syntagma suum de Iurisdictione, Autoritate & Praeeminentia Imperiali dedicaret; magna grauitate, & animo vere germano, ortum progressumque ambitionis Papalis Augusto exposuit, paginaque 16. Epistolae libere declarauit: Nullum genus hominum exticisse, quod IMPERATORIAM MAIESTATEM superbius contempserit, grauius affixerit, furiosius impugnarit, atque quidem Pontifices Romani.

V.

Quae sceleris perfidiaque indignitas animos omnium horrore perfudit, eorumque etiam, quos praefigiis circumuenient domino iam tenebat Episcopus. \* In primis Imperatores de quorum fortuna agebatur commouit, vt suae dignitatis tandem memores, siste-

ADVERSUS EPISCOPOS ROMANOS.

9

sistente grassantem libidinem, Iuriumque suorum Reliquias & servarent, & de ablatis recuperandis serio cogitarent.

\* Vindices Iuris Imperatorii aduersus Pontifices intelligo ex ordine Ecclesiastico ortos, quos et si obsequio iam deuinctos fere teneret Episcopus, rei indignitas veritasque tamen permouit, ut infelicissimis istis temporibus, quibus barbaries & tyrannis ingenia obtundebat, magno fortique animo Iura Imperii Imperatorumque defendenda susciperent. Conservauit nobis hos Vindices industria Diuum-Virorum de Germania atque Imperatorum auctoritate ad inuidiam & exilium vsque meritorum SIMONIS SCHARDII & MELCHIORIS GOLDASTI Haiminsfeldii, Nobilis Helueti, Consiliarii Saxo-Vinariensis Aulici & postea Schauenburgici. Ille in Syntagmae bonae frugis sub horridae dictioris inuolucris pleno : *De Iurisdictione, Autoritate & Praeeminentia Imperiali ac Potestate Ecclesiastica, deque Iuribus Regni & Imperii; Basileae primum Anno 1566. f. Io. Oporini formis expresso, post Argentorati 1609. f. minutiori charactere recuso;* Hic vero in *Apologia S. R. I. Principum pro Henrico IV. Imp. aduersus Gregorii VII. & aliorum patriae hostium, impias & malignas Criminaciones;* Replicatione pro Sacra Caefarea Maiestate Imperiorique Ordinibus aduersus Iacobi Gretseri Iesuitae, criminis laesae Maiestatis & falsi, intrepido spiritu factae, adieictis, Hanoniæ 1611. 4. Postea vero in *Monarchia S. R. I. Hanoniæ 1614.* & *Francofurti 1613. & 1614. f.* tribus Voluminibus edita, veteres ac recentiores Iuris Imperatorii vindices complexa. Quorum scripta plena animi pro Imperatorum Iuribus quando perlustro, temporumque nostrorum eliminata crassiori superstitione felicitatem, cum caligine illorum confero, quibus cordarissima Viri vixerunt, vices Augustorum nostrorum doleo, quum video, eos, quos ex Clericorum ordine infinitis opibus ditarunt, ne quidem cogitare de defendendis contra iniurias Episcopi Romani Iuribus AVGVSTISSIMI IMPERATORIS; sed a prima Augustorum infantia, ad feram vsque aetatem eo niti, vt infringantur quae reliqua sum Principibus iura; Papalisque Dominatio feliciora capiat incrementa. Quis hodie in *Germania* Clericorum Pontifici additorum e numero, LEODIENSIS CLERI exemplo, in *Epistola aduersus Paschalem II. Papam, pro Henrico IV. Imp. ostenderet; SPIRITUALES* tam & VMMOS, quam infinitos politicis Magistratibus obedire debere? PONTIFICES ROMANOS nullum politicum gladium, multo minus aliquod dominium super Imperatorem, vel eius subditos habere, quem ad modum in laudatorum Virorum scriptis, Schardiani Operis p. 1. ad 126. vsque & a. p. 127. ad p. 141. legimus. Quis hodie ex ordine Fratrum Praedicatorum, quem copiolum habet Germania, IOANNIS DE PARISIIS exemplo Pontificum Imperatoribus se praferentium su-

B

per-

perbiā redargueret, ostendetque Potestatē Politicā Ecclesiasticā minime subiectam. Quod quidem pro viribus fecit vir probus atque fidelis in Schardiana Collectione a. p. 142. ad p. 224. De Iure Imperatoris in concordia Synodis, nemo certe nostra aetate ea scriberet, quae NICOLAVS CUSANVS protulit, cum Decanus Sancti Florentini Confluentiae effet, in summerum Principum Iura postea iniurias, quum accepta Cardinalis purpura Pontifici magis obligatus, Sigismundi Austriae Archi Ducis fortis prudentissime Principis summa Principatus Iura in Comitatu Tyrolensi, turbaret. Euolue SCHARDIVM a p. 465. ad p. 676. Adhibe FREHERVM Tom. II. Rerum Germanicarum p. 184. 256. Editionis Strasburganae. FRANCISCVM de ZABARELLIS Cardinalem Florentinum, huic socium iungo, qui pī sui temporis iudicis de Caesaris in congreganda synodo partibus, cordate collegit, apud SCHARDIVM a p. 688. ad p. 711. Nemo certe WALTRAMI Numburgensis reliquissimi Praefusilis vestigia premis, & post eum THEODORICI & NIEM constanter intrepideque comprobantum, Collationes Episcopatum & Abbatiarum ad Imperatores pertinere easdemque Augusti Pontificum violentia extortas esse. Compara Schardiani Operis p. 711. usque 717. & a p. 781. ad 859. Addē MELCHIOREM GOLDASTVM Apologia pro Henrico IV. vbi post WALTRAMI Labores de Invesitura Episcoporum & Abbatum a p. 226. ad p. 232. insertos, Episcopi huius in fide erga Imperatorem feriudi Epistolam p. 51. reprehendens ad Ludouicum Thuringiae Landgraviūm, perscriptam, qua graueri Principem cohoratur, ut Hildebrando subditiorum contra Dominos intentore deferto, Henrico IV. Imp. cui fidei sacramento obligatus, adhaerent, huic que grauem Apologiam Waltrami a p. 53. ad p. 182. subiungit, qua Imperatorem aduersus Hildebrandi Papae Epistolam ad Hermannum Metensem Episcopum datam, prius insinuando factō excommunicationis, quam in dictū Imperatore fecerat, defendit. Quibus, addo Episcoporum & Clericorum Imperialium Apologetica pro Imperatore contra Papas excommunicationem a p. 46. ad 47. CONRADI Episcopi Traiectensis, Comitis Ostfrisiae, Orationem pro Imperatore contra Papas Excommunicationem in Comitis Imperii Geritungenis Anno 1085. audientibus Principibus dictam a p. 48. ad 51. IVONIS Carnotensis Episcopi, Epistolam ad Hugonem Lngdunensem Archi Episcopum, Sedit Apostolicas Legatum de Invesitura Episcoporum & Abbatum pro Henrico IV. Imp. & Philippo I. Francorum Rege scriptam, a p. 183. ad 187. Apologiae Goldasti. Qui singulis hinc pro Iuribus Imp. scriptis Dissertationem luculentam praenovis, qua de vita auctorum siueque, ex Historiis coaevorum monumentis summa diligentia, exponit. Reliquos quorum memoria sempiterna maneat torpentesque successores excitat ego quidem iam taceo, ne eruditii harumque rerum probe narari.

Leggo.

## ADVERSUS EPISCOPOS ROMANOS.

II

Lectoris tedium prouocem, quem Iuris Imperatorii & cognoscendi & propugnandi studium ad SCHARDIANAS GOLDASTINAS QVE Collectiones peruvendas, facile concitat. Nam vero recenset mihi quis similem numerum Iuris auctoritatisque Imperatoriae contra Pontificem adsertorum, ex Ordinis Ecclesiastici Pontificiae religioni additiorum numerosissimo coetu? Quos tamen infinitis beneficis cumularunt Imperatores Augusti, quosque ad huc defendunt, atque in regionum suorum finu, liberaliter fuent.

### VI.

Atque haec seruandi propugnandique Iuris sui necessitas Augustis eo statim tempore imposta est, quo Episcopi Vrbis Romae in eorum ditionem porestatemque concesserunt. Enimvero, qui dominatus sacri firma iam fundamenta posuerant, coeca dominandi libidine abrepti ferre Dominum in ciuilibus caussis non poterant, indeque per omne aevum fraudibus primum, tandemque vi Imperatores adgressi, infinitas contentiones excitarunt. Quas breuiter stimique complector, ea de caussa, vt ad recentiora tempora digredienti mihi, Origines saltem concertationum Imperatorem inter & Pontifices constent.

### VII.

FRANCOS ergo IMPERATORES, quos necessitate impulsi Populique Romani voluntate moti, sub Patriciorum primum, ac Imperatorum deinde nomine Dominos acceperant Episcopi, \* potentia corundem, contra Langobardorum iniurias tuti, comiter habebant per breve tempus, mox tamen summa corundem Iura quae publice adgnoscebant, callidissime subuertere conati sunt. SAXONES summae auctoritatis Principes, qui primi Germaniae Augusta Iura intulerunt, sua in Urbem Romanam Urbisque Episcopum Iura, soliter firmarunt, obsequiumque detrectantes Episcopos, vel auctoritate sua, vel poenarum metu, in officio continuerunt. \*\* Sub FRANCICIS Imperatoribus augusta Iura maxima ceperunt detrimenta. Eorum etenim aeuo, Imperatoria Maiestas in Imperii Ciuilis caussa concussa non solum; sed in Episcopum Romanum cireaque Sacra summa Iura, etiam ab Episcopis, qui artibus & insidiis egerant vsque huc, summa vi oppugnata, & si non erecta, turbata certe grauissime atque concussa sunt. Seruarunt tamen has inter turbas, Ius confirmandi deponendique Episcopos. \*\*\*

B 2

\* Cen-

\* Confer Excellentissimi PATRONI & PRABSIDIS mei *Syntagma Historiae Germanicae* exquisite summaque cura ac iudicio scriptum, quod deinceps excitabo aliquoties, quum coenorum probatisimorumque scriptorum testimonia plene referat, quibus a me summo tractu dicta, confirmantur. Iam vero adhibe *Diss. VII. §. XXIV. XXV. p. 192.* seqq.

\*\* *Syntagma laudatum Diss. XII. §. XXIII. p. 338. §. XXIV. p. 339. in primis p. 340.* Notis. *§. XXV. p. 341. Diss. XIII. §. XI. p. 364. §. XII. p. 366.*

\*\*\* *Syntagma Hist. Germ. Diss. XIV. §. XVIII. p. 406. 407. §. XIX. p. 408 409. VIII.*

In primis HENRICI IV. temporibus, fatalis haec rerum conuersio contigit, qui cleri artibus male educatus,\* atque ad perniciosissima consilia incitatus, postea vero inaudito exemplo Papali fulmine percussus,\*\* fortiter quidem, licet infeliciter Iura sua contra projectissimae audaciae virum Gregorium VII, alias Hildebrandum, propugnauit. Ex quo tempore perpetuae pertinacesque de summa re Imperatores inter & Romanos Episcopos concertationes ortae continuauaeque, quibus non Germania solum atque Italia, sed orbis maior pars commotae, tremuerunt. \*\*\*

\* Prudentissimae matris Agneti eruptus, Adalbertum ArchiEpiscopum Bremersem iuentutis moderatorem habuit, qui teste ERVNONI HIST. BELLI SAXONICI, apud FREHERVM Tom. I. edit. Strubianae p. 176. Principi iuentutis velut Apostolicum dabant praeceptum: *Fac omnia, quae placent animae tue, hoc solum observans, vt in die tuae mortis, in recta fide iuueniaris.* Ita ergo præparatus, siue potius depravatus, naturae dotibus egregius alias Princeps, quom vi fraudibusque Episcopi Romani pteretur, fortis quidem animo, sed consilii inops, multa admisit, quae recfius si institurus fuisset deque Officio admonitus, summa vi pro-pulsasset.

\*\* Adhibe *Syntagma Historiae Germanicae Diss. XV. §. XXVI. p. 440.* seqq. in primis tecum expende quae p. 442. n. I. ex probatisimis scriptoribus, de rei nouitate & indignitate collecta reperiuntur.

\*\*\* Compara, quando ad manus est, SIMONEM SCHARDIVM, de perfidia, insolentia ac tyrannide Pontificum Romanorum erga Imperatores Germanicos p. 20. seqq. Editionis Gentileti sub *Vrsini Anti-Jesuitae* persona factae, quem libellum contulisse cum reliquorum Imp. gesris nunquam poenitebit. Est enim plenus animi, atque ad coaevorum aucto-rum fidem plane scriptus.

## IX.

Hac in turba atque confusione rerum, egregius Turis Imperatorii circa Episcoporum Inuestituras, Vindex erat HENRICVS V.\*

quem

quem simul summum in Terras Mathildianas Ius strenue defendantem, \*\* Pontifici, exactum in Coronatione Romana Sacramentum animose negantem \*\*\* tandemque superbum Praesulem caprium ducentem\*\*\*\* nil nisi miseranda temporum supersticio, & Episcoporum Germaniae in Romanam sedem propensio, \*\*\*\*\* in tuenda caussa impediuerunt. **LOTHARIUM II.** Saxonici, hoc est imperterriti animi Principem, vindicias Iuris Imperatorii circa Episcoporum Inuestituras peropportune parantem, Bernhardus Claraeuallensis Abbas, dominationis papalis fautor & amplificator insignis, sancti nomen inde adeptus, leui veteratoriaque ratione retinuit; † qui tamen, quantum infelicissimis illis temporibus fieri poterat, supremum Imperii in Apuliae Ducatum Ius pro sua parte conservauit. †† **C O N R A D U M III.** ex Suevicis Imperatoribus, principum praepotentium aemulatio ab ingressu Italiæ Iurisque sui vindicis exclusit, vel supersticio aut fulminis Papalis metus retardauit ne Arnaldo Brixieni integrissimo viro opem ferret, qui Augustorum iuriū peristudioſus, Episcopi Romani clericuſ omniſ fastu adgressu aptiſſimas instaurandae priftinae in Ecclesiasticos viros potestatis rationes commonistrabat †††. Exorti tamen eius temporibus vindices Imperatorii Iuris *Gibellini*, qui cum Guelphis iniulta Episcoporum dominationis defensoribus commissi, Germaniaē turbas, Italiaē autem exidiū attulerunt. †††† **F R I D E R I C I I.** Ahenobarbi, virtutem nulla facebunt saccula, qui summa auctoritate Iuris circa Sacra reliquias seruauit, iudicium in Electione Magdeburgensis ArchiEpiscopi controuersa tulit, Translationem Episcoporum exercuit; ††††† Adrianum Papam Imperium Papale beneficium vocantem, supplicem habuit, ††††† Fodrum inuitò Papa per Italiam collegit, redditus terrarum Mathildianarum vindicauit, & vel Nominis sui scriptione qua nomen suum Pontificio praetulit, luculentissime demonstrauit, se augustae dignitatis instaurandae esse cupidissimum. \* Quibus adeo terruit Pontifices, potestatis suae detimenta metuentes, ut non prius quiescerent, quam fortissimum Principem, ad suscipiendam Cruciatam Expeditionem perduxissent, quae tamen ipſi, nobilissimisque Europeae Principibus exitialis fuit, Papalemque potentiam, Friderici virtute concusſam, stabiluit. \*\* Quae paterna virtus, insistentem

vestigiis Filium HENRICVM VI. habuisset; feneri animi Principem, nisi turbulenti quidam, regna vxorio iure accepta communis-  
sent, se tamen iuris circa Sacra Germaniaeque Episcopatus conser-  
vandi \*\*\* per esse studiosum non vno documento ostendit.  
**PHILIPPO SVEO** animus ad seruanda Iura excitatus certe erat,  
quem formidarunt Episcopi Sueucae virtutis probe nari, \*\*\*\* eum  
tamen vigorem inauipicata cum OTTO NE IV. de Imperio con-  
certatio repressit. Hic Philippi aemulus equidem, dum de summa  
re certaret sub regni primordia, singulari iurecurando fidem Episco-  
po, terrarumque Mathildianarum restitutionem promittebat, postea  
tamen magno fortique animo, ex Iurisconfultorum sententia in Iura  
& terras Italiae Regni studiose inquisivit, Mathildianas terras plu-  
resque alias ab Episcopis Romae iniuste occupatas, Apuliam Feudi  
iure Pontifici obligatam, Episcoporum denique Inuestituram repe-  
tit, constantiamque Saxoni dignam vbiique comprobauit. \*\*\*\*\*  
**FRIDERICVS II.** inquietissimus sui Iuris Vindex erat, vt Episcopis  
omnia ad frangendam ipsius virtutem commouenda essent. Hinc  
cum iteratae dirae ac deuotiones, expeditiones cruciatae, venena,  
excitatiae filiorum administrorumque seditiones, oppofiti aemuli,  
sueta Episcopis remedia, magni Principis constantiam commouere  
non potuerint, Atheismi infamia reliqua erat, quam ipſi, summa  
iniuria inurerent, coque odium orbis concitarent. † **CONRA-  
DO IV.** ne patris iniurias augustumque decus vindicaret, vita in  
ipso actatis flore propinato veneno crepta, †† Germanaque res  
eo vi fraudibusque Episcoporum Romae vrbis perducta est, vt orba  
Principe qui curam publicae rei haberet, per XIX. annos misere  
vastata, firmandae potestatis Papalis occasionem concedere fu-  
rit coacta.

\* Compara Syntagma Historiae Germanicae Diff. XVI. §. III. p. 470. seqq. §. IV.  
V. VI. a p. 472. ad 477. §. IX. p. 479.

\*\* Idem Syntagma Diff. XVI. §. VII. p. 477. seqq.

\*\*\* **HELMOLQVS** Pontifici addictus hanc Cesaris virtutem nobis conserua-  
uit Chronicis Slavorum L. I. c. XXXIX. cafigauitque improbe Augusti  
constantiam, dicens: *Vbi autem ventum est ad consecrationem, exigit ab  
eo Dominus Papa (Paschalis II.) iuramenta, quatenus in Catholicae fidei  
obseruantia integer, in Apostolicae sedis reverentia promptus, in Eccleſiarum  
defensione solitus existaret.* Sed Rex superbus (augustae dignitatis serua-  
torum)

torem praedicare debuisses Helmoldus praefigis fascinata) iurare noluit  
dicens, IMPERATOREM NEMINI IURARE DEBERE, cui iurar-  
mentorum sacramenta ab omnibus sint exhibenda. Facta est ergo contex-  
tio inter Dominum Papam & Regem, & interceptum est opus consecrationis.  
\*\*\*\* Syntagma Historiae Germanicae Diff. XVI. §. V. p. 473. seqq.  
\*\*\*\*\* Ibidem Diff. XVI. §. V. p. 473.

† Syntagma Historiae Germanicae, Diff. XVI. §. XXIV. p. 495. vbi p. 496. Nota 3:  
digna sunt BERNHARDI BONAVALLENSIS & CONRADI VR-  
SPERGENSIS testimonia, quae expendantur. Obseruabis ibi Lector  
terrors Praefulsi Romani, formidantis Imperatorias Vindicias, machinas  
que optima consilia eludentes.

†† Idem Syntagma Diff. XXVI. §. XVII. p. 499.

††† Diff. XVI. §. XI. p. 516. seqq.

†††† Diff. ead. §. IV. p. 510.

††††† Syntagma H. G. Diff. XVII. §. XX. p. 526. seqq.

††††† Diff. XVII. §. XXVIII. p. 538. Qua Episcopi Romani summa impuden-  
tia adeo commota est virtus Germana, ut teste RADEVICO graui scri-  
ptore Lib. I c.X Otto Palatinus Comes de Baiaria prope exerto gladio  
cervici Legati Papalis mortem intentaret.

\* Syntagma H. G. Diff. XVII. §. XXXIV. p. 544.

\*\* Diff. excit. §. LIII. p. 573. seqq.

\*\*\* Diff. XVIII. §. VIII. p. 587.

\*\*\*\* Diff. XIX. §. III. p. 596. 597. notis.

\*\*\*\*\* Diff. XIX. §. XIX. p. 621.

† Diff. XX. §. XII. p. 645. 648. seqq. Sic Gregorius IX. infamis homuncio;  
Imperatorem aeterna laude dignissimum; in Epistola iniuriarum plena,  
apud MATTHAEUM PARISIENSEM ad an. 1239. p. 455. non una  
vice BESTIAM vocauit; excitavitque Principes Europae hac quod  
horribile est scribere, ratione: Caput, medium, & finem huius BESTIAE,  
FREDERICI DICTI IMPERATORIS infuscate diligenter.

†† Audi Lector lamenta optimi Principis, morti iam vicini de iniuriis Episco-  
pi, qui communem se Patrem vocat; ab integerrimo Monacho MAT-  
THAEO PARIIS confiruata ad an 1254. p. 768. Rex igitur Conradus,  
irruptiones hostiles, comminationes, obprobria Papae sustinens, & diffama-  
tiones, cepit supra modum contristari, & graui dolore contabescere. Et  
st. dicitur, veneno propinato insidente, & graui dolore coepit contabescere  
Et lethali letico decubere, dicobatque vae mihi misero, vae vae mibi mi-  
sero, Et quid me fudit mater mea e gremio? Et quid pater mens me ge-  
nuit, tot aerumnis exponentium? ECCLESIA quae mater patri mea &  
mibi esse debuit, POTIVS NOVERCATVR. Imperium, quod ante Christi  
nativitatem nunc floruit, modo marcescit, & datur lethaea obliuioni.

X. Qui

## X.

Qui post feralis huius interregni tempora augustam dignitatem obtinuit R V DOLPHVS I. Habsburgicus, fortis & prudens Princeps, animata ad pacandam Germaniam, feruandumque Familiae augustum decus adpulit, neglexitque fere Italianam, in eo tamen prouidus fuit, quod sumnum vbiique Ius Imperio successoribusque feruauerit. \* Filium ALBERTVM I. decertationes cum Adolpho Nassouio, amplificandarumque ditionum studium impediuerunt, quo minus Tyrannidi Bonifacii VIII. obfisteret, facto tamen cum Philippo Gallorum Rege contra eundem federe, superbissimi Praefulsi cum reprobantibus, furores repressit. \*\* HENRICO VII. Lutzenburgico, Italianam ad recuperanda pristina Iura animose ingredienti veneno vita erupta. \*\*\* LUDOVICVS TV, Bauarus, Fridericorum spiritu animatus vindex, iniquissime a Ioanne XXII. homine ambitiosissimo habitus, post tentata pacis remedia, non Iudicem solum Episcopi seditionis, inque Caussis Matrimonialibus illustrium egit, sed Iura circa Electionem atque Coronationem grauisime firmauit, ea singulari inter omnes Imp. fortuna visus, ut Germaniae Principes in tuendis suis Iuribus haberet consentientes, \*\*\*\* atque ex eruditorum ac cordatorum virorum numero, acerrimos contra iniurias propugnatores acciperet, qui dum Ludouicus armis & ferro suum imperantiumque omnium decus defenderet; Iura Angustorum, lingua, calamo, litteris, vindicarunt. \*\*\*\*\* Qui post graues aemulationes, pretio & artibus obtinuit Augustam dignitatem CAROLVS IV. Episcopo amplificatori suo & contra Ludovicum IV. fraudibus & fulmine defensori, sub auspicio imperii ceserit, postea tamen firmatus fatis, quod alii armis, hic consilio fecit, promulgataque pragmatica sanctione, cui aureum signum nomen dedit, Augusta iura feruauit, Septemuirisque eligendi Imperatoris potestatem sola confuetudine introductam, confirmauit, exclusisque prudentissima hac ratione Episcopum ab Electionis negotio, quod usque huc arbitrii sui crediderat saepiusque turbauerat. Nec feruandorum in Italia Iurium curas penitus abiecit, quod vel ex retento in Urbem Territoriumque Comaclense supremo dominio patet. † Filio Successori WENCESLAO viuosa ac flagitiosa vita impe-

impedimento fuit, quem Iura Imperii reliqua, omnes imperandi curas negligentem, nullum recuperandorum desiderium vñquam tenuit, verbis tamen factisque subinde declarauit, sibi Cleri depravatos mores, furoresque Papales cognitos probe atque perspectos fuisse. RUPERTO PALATINO non animus, sed belli fortuna defuit. SIGISMUNDVS proopportunam instaurandae augustae in Episcopos potestatis habuit occasionem, dum de sacro principatu tres decertarent, atque Ioannes XXIII. foeditissimo vitae genere, commune odium incurseret. ¶ Evidenter egit permulta summa auctoritate. Beneficia Ecclesiastica contulit, ¶ Concilium Constantiense indixit, ¶ cessit tamen Episcopis vbi Maiestate comprobare poterat abiectione atque timide, inque suo conspectu hostem dignitatis augustae eligere denuo & confirmare sicut, ¶ seque superstitione fascinatum vbiique ostendit.

\* Compara LUDOVICVM ANTONIVM MVRATORIVM, celeberrimum Italam, accuratissimumque lurium Auguſtorum adſertorem, dans l'traité des Droits de l'Empire sur l'Estat Ecclesiastique. (Edit. Ultrajectensis 4 1713.) Cap. XI. p.132. Capite XXIV. p.239. seqq. vbi Diplomata Rudolphi Habsburgici in favorem Sedis Romanae concessa, exquisitissima ratione examinat, folideque demonstrat: Imperatorem Donationes illas, quas tantoper iactant Episcopi Romani fautores, confirmasse falso ſemper summi Imperii iure, nullaque dimembratione admifſa. Adde Excellentissimi PATRONI mei, Syntagma Hisp. Germanica Diff. XXXII. §.XII. p.731. seqq. cumprimis p.735.736 Notis.

\*\* AVCTOR des Droits de l'Empire sur l'Estat Ecclesiastique. Cap XXV. p.252. Syntagma Historiae Germanicae Diff. XXIV. §.XX. p.785. seqq.

\*\*\* AVCTOR des Droits de l'Empire sur l'Estat Ecclesiastique p. 252. Syntagma Historiae Germanicae Diff. XXV. §. XII. p. 805.807. §. XIII. p.809. §. XV. p.813. seqq.

\*\*\*\* Quod in Comitiis Renfensibus anni 1338. atque Francofurtensibus anni 1338. aufpicato contigit, vbi vniq[ue] cum Imperatore Principes, amici vere germani declararunt, qua ratione dominatus Papalis infringendus, vindicandumque Decus Imperii. Adde omnino Syntagma Historiae Germanicae Diff. XXVI. §.XIX. p.856. AVCTOR des Droits de l'Empire sur l'Estat Ecclesiastique c.XXV. p.253.

\*\*\*\*\* Io. AVENTIVS cordatissimus Defensor iurium Auguſtaliū, Annalium Boicorum Lib. VII. c. XVI. n. 9. hos vindices eorumque virtutem praedicat: Ludovicum, aiens, omnes diuini humanique Iuris consultissimos in Italia, Germania, Gallia, praecepit Bononiae atque Interiecte consuluisse,

qui omnes pro Imp. scripserint, prae ceteris MARSILIVS TATAVINVS,  
IOANNES GADVNENSIS, LVTIPOLDVS DE BEBENEVRG, ANDREAS LAUDENSIS, VLRICVS HANGENOR, DANTES ALIG-  
HERIVS & GVILIELMV S OCKAM, quem ad Ludonicum dixisse fe-  
runt: tu nos pugnis, ensis, ferro, armis a seruitute affere: nos te lingua,  
calamo, literis, sylo, libris, Gerbis, vindicabimus. Horum vindicias aet-  
ernitatem dignas conseruarunt, SIMON SCHARDIVS, atque MELCHIOR  
GOLDASTVS iam iam a me excitati.

¶ MVRATORIVS dans Traité des Droits de l' Empire sur l' Etat Ecclesiastique  
que Cap.XXV. p.257. Cap. XXVI. p.263.

¶ Cuius rei copiosissima argumenta suppeditat THEOD. a NIEM cum  
in Vita Ioannis XXIII; tum in Inuestitu aduersus eundem; aliisque cor-  
dati Scriptores, in Collectione celeberrimi Viri HERMANNI von der  
HARDT.

¶ GOBELINVS PERSONA Cosmodromii Aetate VI. c. XCIV.

¶ Excell. PATRONI Syntagma Hisp. Germ. Diff. XXIX. §. X. p.967. seqq.  
¶ IDEM Syntagma Diff. XXX. §. XIV. p.983.

## XI.

Quae temporum opportunitas si contigisset ALBERTO II.  
a quo non interrupta serie Austria decus augustum feliciter tenuit,  
atque diuturnior vita, eam virtutem quam imminent ab Oriente  
hosti commonstravit, veteri illi infensissimoque ab occidente vel  
meridiana plaga certe opposuisset. \* FRIDERICVM III. Vin-  
dicibus augustae dignitatis adiungenti obstat rerum gestarum me-  
moria, quum & lenitate & lentitudine sua, ea admiserit, quae Impera-  
toris Iuribus maxime aduersa. Apud Eugenium IV. qui ex Archi-  
principibus Germaniae Coloniensem & Treuirensem loco mouerat  
deprecatorem se praebuit, \*\* quum assertorem Germaniae Liber-  
tatis agere debuisset. Postea Eugenio morituro iam obedientiam Do-  
mino & Augusto indignissimam, \*\*\* Calixtoque dein III. contra  
nitentibus, quibusdam Electoribus Cæsaremque de officio admone-  
nentibus repetita vice praestitit. \*\*\*\* Nulla tamen re magis in Iu-  
ra sua Germanamque Libertatem iniurius fuit, quam dum impulsore  
Aenea Sylao qui in pernicie augustae dignitatis vidente &  
concedente liberaliter Friderico omnia agebat, eam Nicolao V. in  
conferendis Ecclesiarum Germaniac beneficiis tribuit potestatem,  
quae successoribus postea summam curam grauesque concertatio-  
nes attulit. \*\*\*\*\* Quid, quod ad arbitrium Aeneas Sylui papali  
spiri-

spiritu iam tum agitati, plene viuens, ipse Grauaminibus Germanicae Nationis se opposuit. \*\*\*\*\* Praetereo, taedio adfectus, quae dum in Italia bis haereret; \*\*\*\*\* dumque Pius II. Sigismundum Archi-Ducem, adfinem Caesaris, diris deuoueret, \*\*\*\*\* contra dignitatem admisit. Maior filii MAXIMILIANI I. prudenterissimi Principis, in tuendo suo Iure aduersus Episcopos vis atque alacritas, qui summis fraudibus callidissimisque Pontificum consiliis agitatus, † non tenuit modo augustam dignitatem, sed ad vindicanda Iura animum magna contentione adiecit. Is etenim transferendo in Gallos imperio capta a Pontifice Alexandro VI. pessimo viro, improbe consilia, prudenter dissipauit; †† & adsumto, publice solemniterque Imperatoris nomine, nondum a Pontifice coronatus, adeo terruit eundem, ut non rogatus literis auro scriptis, Imperatoris Titulum Maximiliano, qui eundem Iure suo adsumserat, confirmaret. ††† Idem collapsam in Italia Imperii Maestatem instaurasset, nisi deficiente rerum gerendarum neruo, optima consilia euentus destituisset. Cum vero post tentatum frustra †††† Pisae Concilium videret prudens Princeps aeternas Imperium inter & Sacerdotium concordationes, animum ad capessendum Pontificatum adiecit, †††† vt iisdem in uno ††††† ceu par est coniunctis, quies publica & salus acquireretur. Quod quidem consilium prudentiae plenum eti si impeditum fraudibus Pontificis fuit, testimonio tamen est, MAXIMILIANVM I. eas Iurum Augustorum vindicias parasse, quas ne cogitatione quidem conceperant Augusti Vindices, ductis a Carolingorum tempore initis, iam iam a me breuiter memorati.

\* Excell. PATRONI & PRÆSIDIS Syntagma Historiae Germanicae Diff. XXIX. §. XXXIII. p.1015.

\*\* GOBELLINVS in Comment. PII II. L.I. p.11.

\*\*\* AENEAS SYLVIVS tessis & auctor consilii pessimi de Statu Europeæ c. LIV. GOBELLINVS excitatis iam Commentariis Lib. I. p.13.

\*\*\*\* GOBELLINVS L. I. p.25.

\*\*\*\*\* PATRONI Syntagma Historiae Germ. Diff. XXX. §. XVII. p.1037. seqq.  
EIVS Syntagma Iuris Publici Diff. X. §. XXV. p.206.

\*\*\*\*\* GOBELLINVS Commentariis L.I. p.25.

\*\*\*\*\* AENEAS SYLVIVS in Historia Friderici III. quam libes in Kul-  
G 2  
pigin-

*Pisso Schilteriana Collectione p. 69. 74. 77. 81.* aliisque locis solerter obseruauit, quae contra Augustorum dignitatem admisit.

\*\*\*\*\* IACOBVS Cardinalis Papiensis, Epif. CCLXXXII.

¶ Testatur id ipse MAXIMILIANVS I. Augustus, cuius querelas de perfidia injuriosa Episcoporum Vrbis, nepoti Carolo V. Imp. in mentem reverat, vindicationemque postulat VLRICHVS de HUTTEN, Eques Francus, de Pieterre & Germana Libertate Iuribusque Augustorum immortaliter meritus, in der Anzeig wie allwegen sich die Roemischen Bischoeff, oder Bapſt gegen den Tentschen Kayffern gehalten haben, apud MELCH. GOLDASTVM Politischen Reichsbendeln p. 429. seqq. nuper denum a JACOBO EVRCHARDO eruditissimo elegantissimo que Viro, luculento de Vita illustris huius Equitis Commentario Parte Posteriori p. 134. seqq. inserta copioque illustrata, vbi ad Carolum V. Imp. de Augusto aut ita

HUTTENVS nulam ipsius saepe fecutuſ fidelissimus testis: Und darnach, uff das sye nit wider hinder ſich rechnen doerff, iſt ir zu bedencken, was ihrem anberren den FROEMEN MAXIMILIANO widerfahren iſt. Den habent sye (Pontifices) mit mancherhand liſten angangen, jm nie kein glauben gehalten, keiner eyd noch pflichten volg gethan. Alſo das man uff seinem mund geboert, do jm bapſt LEO ſein glauben, wie andere vormals auch, gebracht: Nun iſt aber Bapſt auch zu einem Boeswicht an mir wordenn nun mag ich ſagen, das mir kein Bapſt, ſo lang ich gelebt, ye treu oder glauben gehalten hat, hoff ob Gott wil, diſes foll der lezt ſein. Des in auch Gott gewaerer.

¶ Ex Inſtructione Adminiſtrorum Caſariorum ad Ordines Austriae ab Augusto militorum, arcaman hanc historiam aperit ampliſſimus celeberrimusque VIR IO. TOACHINVS MULLERVS in Theatro Comitiorum sub Friderico III. p. 92. & explicatus expositurus certe in eo, quod de rebus sub Maximiliano nostro in Imperii conuentibus gestis iam sub praelo habet laudatissimus Vir.

¶ GVICCIARDINVS L.VII. p. 702. PONTVS HEYTERVS Lib. VII. c. II.  
Add. Excell. PATRONI Syntagma Historiae Germanicae Diff. XXXI.  
§. XXVII. p. 1168. seq.

¶ Syntagma Historiae Germanicae Diff. XXXI. §. XXXIV. p. 1181. 1182. seq.

¶ De quo dubitare nos haud minit poſt alios testes ipſe Imperator in ſua ad Paulum Lichtensteinum Epiftola, quae inter Litteras Ludouici XII. Tomo III. p. 324. habetur, vbi inter alia: Epifcopum Gurcenſem Romam ablegamus, qui negotium nostrum de RECUPERANDO PAPATV praticetur. Add. aliam Epiftolam ad Margaretham Aſſriacam feriptam, inter Litteras Ludouici XII. Tom. IV. p. 2.

¶ Circa Sacra Ius hic intelligo, ſaluis Iuribus quae vocant Ordinis viris a potestate ſumma ad ſacra officia obeunda deſtinatis.

XII. Quas

## XII.

Quas Iuriūm Auguſtorum vindicias breniter summatiq[ue] expositas, latius persequi superuacaneum puto, quum summi Viri SIMON SCHARDIVS \* MELCHIOR GOLDASTVS \*\* HERMANNVS CONRINGIVS \*\*\* in primis vero ponendus IOANNES SCHILTERVS \*\*\*\* & LUDOVICVS ANTONIVS MVRATORIVS Iuris Auguſti in Caufsa Comaclensi Defensor exquisitissimus \*\*\*\*\* aliique magno in adparatu elimate que indicio egerint.

\* Excitato a me iam aliquoties *Syntagma de Iurisdictione Imperiali; Epistola cumprimis animo se prudenterque scripta, qua Maximiliano II. Imp. veteres hos Iuris Imperiorii vindices, dedicauit.*

\*\* Monarchia Sacri Romani Imperii & Apologia in cauſa Henrici IV. Imp. summa jam cum laude commemoratis.

\*\*\* Pasim in Commentationibus summa cura scriptis, potissimum Libro de Germanorum Imperio Romano, Helmſtadii 1694. 4. edito.

\*\*\*\* Egregio Opere de Libertate Ecclesiārum Germaniae, Libris VII. Jenae 1683. 4. edito. Quod sane luculentiora corpore suo exhibetarque quidem frōne promittit, duōtisque a prima origine initis pro Libertate Sacra & Ciuii Vindicias ad Ferdinandi III. Imp. tempora, ex optimis scriptoribus summo studio collectas exhibet.

\*\*\*\*\* Mediolanī Ambrosianae Bibliothecae primum praefectus, Raynaldo L. Duci Murinae postea a Biblioteca editis variis antiquitatibus sive ingenii monumentis clarissimus, inque historiarum lectione egregie magnōque indicio versatus. Prodiit Commentarius ex Italo sermone in Galileum translatus sub hoc elogio : *Les Droits de l' Empire sur l' Eſtat Ecclesiastique recherchez & pleinement éclaircis a l' occasion de la Diſpute de Comachio ; a Vtrecht 1713. 4. coqu. Iurium Papalium Defensores quosdam confutat, ac singula, excitat, probatissimis Scriptoribus, additis in fine diplomatis ac documentis fide dignis, solide confirmat, Augustissimum denique Imperatorem nostrum CAROLVM VI. cui inscriptis opus, ad vindicanda maiorum exemplo augusta Iura vehementer excitat.*

## XIII.

Apud animum potius conſtitui, ſolemni hoc tempore, quo inter Secularia Sacra repurgatae doctrinæ, Secunda, DEO immortali Statori ac Seruatori veritatis, decretis publice supplicationibus, gratias agimus ; Principesque Euangelici reſtituta ſibi ab eo tempore ſumma circa Sacra Iura grato animo agnoscunt ; legere pro

virium imbecillitate, iuuenili grelli vestigia laudatissimorum Vi-  
orum, atque quantum in hac qua constitutus sum temporis angustia  
licebit, perquirere, VINDICIAS, IURIS IMPERATORII AD-  
VERSUS VRBIS ROMAE EPISCOPOS, per Imperatores  
Augustos ab eo tempore factas, quo B. Lutherus, diuinae veritatis,  
potestatis ciuilis, & Imperatoria Maiestatis Iuriumque Auguto-  
rum \* aduersus Pontificum vim & fraudes adfertor inuidissimus,  
aliique libertatis propugnatores, \*\* maiorem Germaniae partem  
adiacentesque regiones pristinae libertati auspicio restituerunt  
sublatoque veluti signo, rationes infringendi sacri dominatus apit-  
sima, Imperatori, Regibus, Principibus, commonstrarunt.

\* Praetit se Imperatorii honoris iurumque audiosum, diuinus Vir, in  
scriptis suis pastim, tum potissimum libello Caesari & Nobilitati German-  
icae inscripto, quo acriori quidem stilo, magno tamen animo sententiam  
suam de Iure Imperatorum in Episcopos Urbis Romae aperit, dumque fa-  
bulas de translato a Pontificibus in Germanos Imperio confutat, ani-  
moq[ue] proq[ue] Imperatore feruens addicit: Tom. I. Ienens. Germ. fol. 313. b.  
So helff uns Gott, der solch Reich, (wie gesagt) ex Pontificum hypothesi  
loquitur) uns durch listige Tyrannen (Pontifices) hat eingeworffen, und zu  
regieren befohlen, das wir auch den Nahmen, Titel und VVaben folge thun,  
und unser Freyheit erretten, die Roemer einmahl lassen seben, was wir durch  
Sie von Gott empfangen haben. Rbumen sie sich, sie haben uns ein Keiser-  
thum zugewendet, wolan so fey es also, laß ia sein, so geb de Bapst her, Rom  
und alles, was er bat vom Keisertum, Laß unser Land frey von seinem un-  
traglichen schelen und schinden, Geb wieder unser Freiheit, Gewalt, Gut,  
Ehre, Leib und Seele, und laß EIN KEISERTUM SEIN, wie EI-  
NEM KEISERTHUM GEBÜRET, auf daß seinen VVorten und Par-  
geben gnug geschehe. VVil er aber das nicht thun, wie spiegelicht endenn  
mit seinen falschen errichten VVorten, und Geißgüssen, ist sein nicht gnug  
gewesen, durch so viel hundert Jahr, die Edle Nation, so groeblich mit der  
Nasen umzufahren, on alles aufzuhoren. Postea subiungit fol. 314.  
Darumb laßt den Deutschen Keiser recht und frey Keiser sein, und seine  
Gewalt, noch Schwert nicht niderdrücken, durch solch blind vorgaben bepf-  
licher Heuchler, als solten sie ausgezogen über das Schwerdt regiren in allen  
Dingen. Imperatorum, Regum Principumque deinde administratos ac  
Iure Confultos grauisime ad parandas vindicias cohortatur Libello con-  
tra Pontificatum Romanum ad Diabolo fundatum, quo fundamenta Pa-  
panus solidissime conuelli; Tom. VIII. Ienens. Germ. fol. 245. So sollen  
nu die Turisten, ihre Herrn, KEISER, Koenige, Bischöfe, Fürsten und Pfarrer  
vergnügen, wie sie schuldig sind (wo sie Christen und selig werden wollen)  
und

und nicht auffboeren, bis sie den verdampen Bapſt zwingen ad reſtituio-  
nem, alles wider zu geben, und zu erſättien, was er vom Anfang des Bap-  
ſtums mit den Schläſſeln geſtolzen, geraubt, und in der Kirchen gerban hette.  
Denn gewiſlich iſt war, das des Bapſts Schläſſel ſind, ſacrilegum & ineffa-  
bile ſpolium, ein Kirchen-Raub, dergleichen vom Anfang der VVelt nicht ge-  
ſcheben iſt, wenn alle Kirchen-Raub auf einen Hauffen komeſt folten. Hie  
ſolte nun der KEIſER NEMEN, Rom, Urbis, Bononia, und alles was  
der Bapſt hat vom Reich geſholzen und geraubt. Quae inde latius perſequi-  
tur, rationesque aperit quibus compesci poſit Papalis auſtoritas.

\*\* Quorum agmen dicit fortissimus HEROS VLRICHS de HYTTEN  
in der Anzaig wie alwegē ſich die Roemischen Biſchöffe, gegen den Teut-  
ſchen Kayſerſen gehalten haben, apud BVRCKHARDVM de Vita incom-  
parabilis Equisits Part. Poſt. p.134. ſeqq. vbi grauiſtimis verbiſ ad vin-  
dicanda Augufta Iura Carolum V. concitat, paginaque 136. Eundem  
adloquitur: Demnach iſt Kayſerlich Maieſtat zu ermanen, das ſy erſtlich  
bedenck, was iſt ſelbst geraid vom Bapſt begegnet. Daraus ſich zu verne-  
nen, was ſy ſich hiſfurther lybs, guts, treuen und glaubens berſchen foll,  
Darnoch aus alten biſtorien und geſchichton der vorigen Kayſer bericht zu  
nemen, wie es den erwan ergangen: ſo wirt ſie finden, das keinem teutſchen  
Kayſer, von Baepſten (es waere denn zu irem eygen nutz beſcheben) gleichs  
je widerfahren iſt, ſonder ſeint die oſt iaemertlich über ir handgegeben trewo  
und glauben verraten, alweg unter einem ſchein der geiſlichkeit umge-  
fart, und darnach zu ſpott und ſchanden bracht. Quod deinde am-  
plificat utque vindices auguftae dignitatis contra infidias Papales  
defendat magnopere precatur.

## XIV.

Legem ordinemque commentaſdi hanc mihi imposui; vt  
Augufti Iuriſ Vindicias a Caroli V. temporibus ad Ferdinandi III. vs-  
que, per Io. Schilterum copioſe expositas, ſtrictim referam, a ſummo  
Viro autem omiſſas, adiciam, tandemque proferam eas, quibus  
LEOPOLDVS I. Auguſtissimum Filii, IOSEPHVS I. atque  
CAROLVS VI. Magni Imperatores, Imperii decus ac ſumma Iu-  
ra, vel vindicarunt ablata, vel ſumma Epifcopi impudentia con-  
cufſa, fortiter conſeruant. DEVS auetor & deſenſor ſummae po-  
teſtatis adſit ſcribenti!

TRACTA-

## TRACTATIO SPECIALIS

## CAPVT PRIMVM

VINDICIAE IVRIS IMPERATORII ADVERSVS  
EPISCOPVM ROMANVM A CAROLO V.  
FACTAE.

## I.

**Q**uum initia Imperii CAROLI V. potentissimi ac felicissimi Imperatoris recogito, diuinam in rebus prouidendis curam iustitiamque admiror, quae caussam dignitatemque Augustorum, persidiam denique ac tyrannidem Pontificum Romanorum respiciens, ita pro aeterna sapientia res atque consilia ordinauit, ut ipsi met Episcopi, circumspecti alias, sacri in omnes Dominatus seruatores, per imprudentiam effrenatamque violentiam ac furores Ecclesiastici Ordinis viros, interque hos praecepit B. Lutherum ad repurgandas diuiniores doctrinas; Imperatorem autem Augustum Principesque ad vindicanda quae falsose conculeauerant Iura concitarent.

## II.

Cuius vt postrema saltim persequar memorabile exemplum dedit LEO X. Episcopus Romanus, Vir literarum quidem amans, pessimae autem vitae; qui vel potentia Caroli V. territus,\* vel de augusta dignitate familie inferenda sollicitus, \*\* de excludendo ab Imperio consilia callida quidem, sibi tamen pernicioſa agitabat. Enimvero missis An. 1519. ad Electores Rhenanos, Vefaliae superiori Treuirenſis ditionis opido congregatos deque securitate sua deliberantes, Legatis, postulabat \*\*\* ne Carolo suo ob Regni Neapolitaní possessionem Beneficiario atque Clienti, qui ex Constitutione Clementis IV. \*\*\*\* *inhabilis* sit plane ad augustam dignitatem ac *ineligibilis* \*\*\*\*\* Imperium vñquam deferent. Qua sua impudenteria non solum Electores, Iuris sui quod in eligendo Imperatore habent vindices irritauit, \*\*\*\*\* sed Caroli animauma dignitatis sum-

mae

mae percupidum exacerbauit; vt vel iniuto † Leone X. capesseret Imperium, eoque ipso declararet, se Nexus illum Feudalem, seu Iugum Papale, quo constringi se iniuria passi erant in Regno Neapolitano ipsum praecedentes, vel non adgnouisse, †† vel de Iure suo per Ferdinandum Catholicum, anum maternum bello pactisque acquisito, rectius edictum reieccisse, hacque Serui Seruorum ambitione ad seruanda & recuperanda Augusta Iura peropportune excitatum ††† fuisse.

\* Trepidationes Episcopi, Carolum vindicem Iurium ablatorum formidantis, ex Scriptoribus Gallis patent. Quorum fides hac in causa minime dubia est, quum communia de Carolo submouendo, cum Pontifice, haberint consilia. Ita quidem FRANCISCVS BELCARIVS, Metensis Episcopus, Commentariis Rerum Gallicarum ad An. 1519. p. 474. dum consilia Francisci I. de conciliando sibi Pontifice, narrat, adiicit: *Itaque Leo, qui, ut nenter Imperator crearetur, ad PONTIFICATVS Romani, totiusque ITALIAE LIBERTATEM (Vindicias Iuris Imperiorum metuens) pertinere animaduertebat, in primis anxius erat, suam autoritatem apud Germanos Septemviro non magni esse momenti videbat et itaque prudenter se gerere, ita ut neutrum offendere, decrevit. Ipse ODO RICVS RAYNALDVVS Annal. Eccles. ad a. 1519. n. 7. eas dissimulare non potest: Metuebat, aiens, certe Leo, si Carolus ad fasigium imperii eueheretur, sedem Apostolicam ab eo oppressum ini.*

Aperit haec consilia Pontificis occultata, PETRVS MARTYR, Angelius, Vir consilii rerum Indicarum quidem adhibitus, sed arcanorum omnium Hispanicorum particeps, in Epistolis suis, quas Arcanas merito, thesaurorumque Historiae illorum temporum dixeris, (Edit. Amstelod. Elzibiriana d. a. 1670. fol.) Epistola D CXXXVII. p. 352. Pontifex ipse institutus totu[m] nepoti Laurentio (Mediceo) apicem eum Imperiorum comparare. Epistola D CXL. Ab Urbe habemus, mortuum esse Pontificis nepotem Laurentium, Yrbini Dicem. Et paucis interiectis: *Hoc sublato, facilius erit iter nostro Regi ad Imperium. Durus fuisset competitor.*

\*\* Tescem habeo GEORGIUM SPALATINVM Friderico Sapienti Electori, a secretis epistolis, sudemque fide dignum, qui rerum omnium in Imperio, circaque Caroli V. Electionem gestarum, optime conscius, fincerus idem atque studio partium alienus, in Vita Friderici Electoris MSCta, quae Gotha si recte memini, in Serenissimi Ducis Bibliotheca extat, inter alia notatu maxime digna, quae illustris Vir, VITVS LUDOVICVS A SECKENDORE incomparabili de Lutheranismo Commentario, L. I. Seet. 33. §. LXXX. in Addit. p. 123. a. excerpta dedit; summe reprehendit Roberti Latini Yrbini, ArchiEpiscopi Regini, (de cuius

confiliis parum in hoc negotio prudentibus confer BELCARI Commentarios p. 474. 475.) importunitatem, (germanice ita eadem exprimit Spalatinus: Er kam gar mit einem Rumpelwagen gefahren,) quod aperie in Literis ad Fridericum Confluentia ac Moguntia datis, & ad alios Electores scribens postulauerit, & Galliae Regem suffragio suo iuuaret; Carolum vero reiceret: Iuramento enim Ferdinandi (qui anns Caroli fuit,) caustum esse, ne Imperator fieret, qui Regnum Neapolitanum teneret, negare, & Pontifex Carolum eti eligeretur pro Imperatore habiturus esset. Ab Rhenanis autem Electoribus eadem postulatis Pontificem colligo ex Proposito Cardinalis Caetani, quam adfidente Archiepiscopo Regino, iisdem Vesaliæ ad Rhenum 1519. exhibuit, quamque GOLDASTVS Collectioni Constitutionum Imp. Tomo Vno p. 439. inseruit. De cuius quidem fide Excellentissimus PATRONVS meus Syntagma Historiae Germanicae Diff. XXII. §. IV. p. 1216. not. 5. iusta causa motu, dubitate, scrupulorum tamen omnium eximit, Liber MSCtus de Electione ac Coronatione Caroli VI, qui eidem integerrimo Viro Spalatinus tribuitur, illustrique Viro, SECKENDORFIO l. c. p. 123. Moguntiae ex Actis publicis collectus videtur, in quo eodem teste, qui vidit & excerpit, de his Leonis X. confiliis, varia relata leguntur, non admodum vulgata. In eodem igitur MSCtro, haec propositio extar, quae additis variis rei gestas circumstantiis, illustratur.

\*\*\*\* Dicitur hanc Legem Clemens IV. Carolo Anduum Duci, Provinciae Domino, Ludovici Sancti, Regis Galliarum fratri, dum ipsi virtiusque Siciliae Regna, praeter ius successorum Conradino, Conradi IV. filio Principi, Siciliae, Apuliae, Hierosolymarum, Ducatumque Franconiae & Sueviae heredi legitimo, erupta, iniuste deferret. Summa eius capita e Diplomatico Pontificio cuius Datum Romae IV. Kal. Iunii anno Domini MCCCLXV. excerpit ODORICVS RAYNALDVS Annalibus Ecclesiasticis ad a. 1265. n. 12. vbi: Ut deficiente herede legitimo, regni ius ad Ecclesiam renocaretur, nec regnum cum Imperio Germanico vel maiori Etruria vel Insubria parte coniungere posset. Addita sanctione: Si promissis deesset regio iure excideret. Caussam autem genuinam aeternas Regni Neapolitani ab Imperio Germanico separationis ingenne aperit, THOMAS FAZELLVS de Rebus Siculis, Posterioris Decadis Libro VIII. p. 447. Collect. Script. Rer. Sicular. de Carolo Andino: Iure iurando praeterea adigitur, nullo pacto Imperii nomen, se aut haeredem, vel ultra delatum, acceptatrum, ADEO TENEBAT Pontificem Friderici primi & secundi Imperatorum memoria, & praesentis temporis motus, & Diplomatico Pontificio dato apud Lateranum 4. Cal. Iulii anno sal. 1265. Pontificatus eiusdem Clementis IV. anno primo, constat. Ergo, Carolus V. possessor Regni, ab aucto materno, bello pacisque adquisiti, ob Vindicias Iuris Imperatorii a Fridericis Imp. fortissime factas, excludendus erat, ne idem contra

EPISCOPOS ROMANOS A CAROLO V. FACTAE.

27

contra Episcopum Romae tentaret, qui Regnorum Dispensatorem sum-  
mumque Feudorum orbis Praefidem a Christo institutum ridicule se-  
laetabat. Adde PLATINAM *Vitis Pontificum, Clemente IV. editionis*  
*vetustissimae Noribergensis, nondum castratae fol. 160. PANDUL-  
PHVM COLLENVTIVM, Historia Neapolitana, Lib. IV. p. 197. Edit.  
Dordracenae 8. JOSEPHVM RIPAMONTIVM Hisloriar. a Phi-  
lippo II. regnante Lib. IV. p. 1162. 1163.*

\*\*\*\*\* Ita quidem sonant verba factae Electoribus Rhenanis, a Caetano pur-  
purato, Propositionis, apud MELCH. GOLDASTVM Conflitut. Imper-  
rial. Tomo Vno p. 439. vbi pro auctoritate papali postulat: *Vt Regem  
Neapolitanum cuius Regni proprietas ad Ecclesiam Romanam spectet, nullo  
patho in Romanorum Regem eligant, obstante sibi defectu inhabilitatis &  
ineligibilitatis, ex Constitutione Clementis Quarti.* Ipsi Leo X. Episco-  
pus, hanc suam esse sententiam declarat Helvetiis, dum iisdem, Francisci I.  
electionem potissimum dissidentibus, respondet. Responsoriae huius Papa-  
lis argumenta, *Commentariis suis Lib. XVI. p. 473.* intulit FRANCISCVS BEL-  
CARIVS, dicens: *Respondit Leo, quicquid prae se ferret, neutrum perinde  
aque Helvetii Imperatorem creari cupiens, foederibus inter Romanos Ponti-  
fices Patronos Regesque Neapolitanos clientelis olim factis caueri, ne Reges  
Neapolitani Germanicum Imperium ambiant; neque ultra etiam dela-  
tum accipiant: admonuisse Septemviro Germanos, ne quid aduersus  
Romanorum Pontificum iura, a quibus ipsi designandorum Imperatorum  
ius ac potestatem consequuntur, sibi flatuendum putent.*

\*\*\*\*\* Prodit animum Electorum, licet potissimum Ecclesiasticorum Iuris sui  
tamen tenacium, Responsum eorumdem Caetano Purpurato, malefice  
datum, apud GOLDASTVM Tomo Vno p. 439. Mirantur Principes Elec-  
tores, sanctissimi Domini nostri institutionum, id quod aucto nostro electionum  
temporibus ab aliquo Romanorum Pontificum auditum est nunquam, maxi-  
me hoc modo propositum, ut Electoribus legem praescribat, inbeat, vetet.  
Sic & SPALATINVS Libello MSCto iam excitato; indice SECKEN-  
DORFIO, Viro summo, c.l. p. 123. relatum reliquit, respondisse Elec-  
tores: *Dubitandum non esse, quin eligendus sit Imperator & Pontificias  
Sedi & toti Christiano orbi virilis, & hostibus (Episcopis Romae cumpris-  
mis, infensissimis augustae dignitatibus,) formidandus.* Qualem & in  
Carolo nostro acceperunt tandem Pontifices.

† Cognoscetis id e *Commentariis FRANCISCI BELCARI* egrecie pruden-  
terque scriptis p. 477. de Leone X. *Qui tametsi, ut Carolus Rex Neapolita-  
nus Imperium Germanicum oblatum acciperet, praeter clientelae formam  
legemque permisferat, tamen non tam benevolentia, quam si recuferet  
(attende Lector) ne in eius odium implacabile incurreret, permisferat.*  
Apud GOLDASTVM Politischen Reichs-Haendeln p. 38. extat Legati  
Nunciique Leonis X. Declaratio Electoribus facta, qua iisdem denun-  
ciant:

D 2

ciant:

ciant: si placuerit illis eligere Catholicum Regem in Regem Romanorum non desistant de illius electione propter Romanas Ecclesias iura circa Regem Neapolitanum Fendum. Quo autem animo eam fecerit Pontifex, cum ex Belcarii verbis, tum aliis a me adductis aperte pater.

†† Narrat equidem ODORICVS RAYNALDVVS Annal. Eccles. ad an. 1521. n. 80. auctoritate subnixus Ferronii de Vita rebusque Francisci I. L. V. Solutum Carolum Veteribus Legibus, ut Neapolitanum Regnum & Imperium coniuncta retineret, addicere imperatam Carolo, pro Neapolitano regno annum perfosseren. At iamiam anno 1519. ingut hoc excusserat Carolus, quum tremente Pontifice Imperator eligeretur, ut adeo haec concessio, re iam amplius non integra, superflua videatur.

††† Arripit hanc excitandi ad Vindicias Iuris Imperatorii Caroli V. occasio- nem, patriae liberratis vindex & veritatis auctor constantissimus VLRIC- CHVS DE HUTTEN: graui illa Epistola, qua Augusto nunciat, impe- ratum a Leone X. quibusdam Principibus, ut comprehensum se, vinclum, Romanum mittant, eademque Imperatorem ad propulsandas iniurias Imperatori summo Iudici sibiique illatas, cohortatur; p. 76. de Vita illu- stris Herois Commentarii, v. c. BVRCKHARDI.

## III.

Maiores Anno 1521. eidem Leoni X. terrorum iniecit Carolus, quum Friderici Saxorum Electoris Sapientis ac Pii con- filio \* Lutherum Vormatiam ad cognoscendam plenis Comitiis coram se Ordinibusque Imperii ac defendendam cauillam solemniter euocaret. Tum enim summa Aulae Romanae Legatique Palpis Hieronymi Aleandri ArchiEpiscopi Brundusini cum indignatione, \*\* si non verbis, certe rebus factisque, declarauit: se In- dicem, vna cum Imperii Ordinibus esse Caussae Ecclesiasticae Vir- que ordinis sacri; Se a Leone X. hoc in negotio acta vsque hue nulla atque irrita habere \*\*\* duplensemque illam Iurisdictionem callide excogitatam, ac potestati summae aduersam, vel non ad- gnoscer amplius, vel de disturbando Foro Ecclesiastico prudentissime cogitare. Quod postremum, quamuis euentus plene haut pro- bauerit, constat tamen exinde, quanto animo Carolus nisi postea Pontifici pacis constrictus, Smalkaldicique Federis Principum odio subigendaeque Germaniae studio inflammatu fuisse, tuendae di- gnitatis augustae ampliores Vindiciae conceperit.

\* Excitauerat iam Maximilianum I. Imp. laudatissimum Princeps, per DEGEN- HARDVM PFEFFINGERVM, nobilem Banarum, Consiliarium & Cubicularium fidissimum, ut Romanum scriberet, siamque in hoc Religio- nis

nis negotio auctoritatem interponeret, ut ex Mandato Principis compobar ill. SECKENDORFIVS Comment. de Lutheranismo L. I. Sch. 20. §. XLI. p. 53. idem vero & nepoti sua filio Fridericum, 10. SLEIDANVS sub init. Lib. III. Commentariorum restatur.

\*\* Qui vehementissime laborabat, ut saltim hac vice in re auctoritati Principis sui, Episcopi, adeo aduerfa, diuenter animum Caesaris ad recuperandum autum ius, a Friderico Electore, prudentioribusque administris excitatum. Vociferabatur Caesarem Ordinesque non esse Competentes Indices, eos laborare *communi ignorantia*, stupidos ideo planeque ineptos ad cognoscendam causam Ecclesiasticam, quae coram Pontifice discepitata iam ac finita esset. Tacens plerique ex Scriporibus Pontificis hos terrores, aperit tamen eosdem STORTIAS PALLAVICINVS Illi-floria Concili Tridentini, (Edit. Coloniensis 1717. fol.) Parte Prima, cap. XXXI. §. 3. p. 41. vbi postquam de confilicis Friderici Sapientis, metuque Aleandri ob personam Lutheri exposuit, ex Actis Vormatiae hac in causa gestis, inque Vaticano Romae adseruatis, addit: *Quam ob rem sedulo confessatus est apud Caesaris ministros, non esse in controversiam adducendum id, quod a Romano Pontifice SUP EMO' IVDICE in rebus Religionis, sanctum fuerat, praeterquam quod NON ESSET IN POTESTATE ILLIUS CONVENTVS, vapote PROFLANA (h.e. Laicorum), stupidorum in controversijs de Fide) HVIVSMODI CAVSSIS PRAESESSE.* Et §. V. Urgebat Aleander, haereticum manifestum a Romano Pontifice iam damnationem, nequitum audiendum. Alioquin loco: *Periculisq; vel inceptu mali esse causam ipsam solenniter disputandam ad conuentum hunc trahi; qui communni laboraver ignorantia.* Angebat Aleandrum, Caesarem Ordinesque, depulsa iam superstitionis caligine, de suo officio, circuque Sacra summa potestate, rectius iam eductos, melius quam vellet Curia Romana, in ignorantia Laicorum sumum dominationis fulcrum ponens, sapere.

\*\*\* Id sane colligas, ex Formula Citationis & Literarum Salui Conductus Caesaris, manu Alberti Cardinalis Moguntini, ArchiCancellarii, signatarum, Luthero per faciem Casparem Sturmum, transmissa Tom. I. Ienensi. Germ. p. 433. b. vbi Augustus Lutherum benigne & honorifice compellat: *Den Erslamen unsrer LIEBEN ANDECHTIGEN Doctor Martin Luther, Augustiner-Ordens.* Quodsi enim fulmina Leonis X. quibus percusserat Lutherum, curasset Augustus, certe ei talen haer detulisset honorem, quem a Pontificiorum sententia certum sit hominem diris Papalibus devotum, omni priuari dignatione, adeoque reddi derestablem, ut ii qui aliquam habeant cum eodem communionem, statim eandem poenam incurvant, creditumque sit tenebribus temporibus, vel bestias eiusmodi infelices animas fugere ac formidare.

Hinc Pontificis fraudibus permotus, de *Iure suo in Italiam omnem*, aduersus Episcopi machinas tuendo, animum adiecit. Enimvero Clemens VII. gente Mediceus\* ob Caesaris felicitatem & potentiam summe anxius, cum Franciscus Sforza Mediolanensem Duce, Cliente Augusti, Venetisque coniurat, postea vero aperte cum iisdem & Francisco I. Galliarum Rege die XVII. Maii 1526. solemne Fedus pangit, quod Clementinum ab auctore, sacram ad decipiendos incertos dictum, ad eiiciendum ex Italia Caesarem, \*\* legitimum eius Dominum, vniue comparatum fuit. Qua perfidia concitatus Caesar non calamo \*\*\* solum, sed armis dignitatem suam tuebatur, abolitaque apud Hispanos, quod arduum in gente superstitioni obnoxia opus, exacerbatique Caesaris animi documentum, Pontificis auctoritate, \*\*\*\* per Legatos ita rem in Italia gessit, ut Roma in conspectu Pontificis bis expugnata misereque vastata, ipse Clemens captiuus, duras Victoris leges accipere, decreatum eius expectare, Caesaremque Italiae Dominum ferre cogeretur.

\* PETRVS MARTYR dum Epist. DCCXCII. p. 467. ad Marchionem Montdeiaris de Electione ipsius animique döribus nunciat, scribit: *turbationorum speramus egregium, ex Medice medicum futurum.* Quas tamen commovit acrius inque societatem adgregandi Caesaris alios adscivit.

\*\* MARTINVS BELLAIVS, Langaeus, Eques Torquatus, horum consiliorum probi conscius Commentarior. L. III. p. 85. Conditions huius Federis ita refert: *Vt Italia in libertatem exterritis omnibus expulsis (quod ad Carolum Imp. legitimum Dominum cumprimis pertinebat,) vindicaretur, Sforza Ducaum Mediolanensem certis quibusdam conditionibus recipere;* sic tamen est Caesar, si liberet, ingrediendi illuc (forsitan ad Coronationem Romanam Imperatoriaie dignitati noxiam) potestas fieret.

\*\*\* Scriptis Granata d. 17. Sept. & d. 18. Eiusd. Mensis An. 1526 duabus Apologeticis Epistolis. Quarum prior prolix magnaque grauitate contra Criminaciones, a Clemente in Litteris Romae d. 23. Iunii 1526. datis, & a Reußero Historia Frundsbergiorum fol. m. 76. germanice conservatis, factas, se defendit, Intraque Angustorum in Italiam amplissime assertit. Extant apud GOLDASTVM Tomo Vno Confitt. p. 479. seqq. Earum summa capita neruose 10. SLEIDANVS Commentariis Lib. VI. inturuit, Caesarem p. 153. scribentem inducens: *eo effecti (Clemens) quum ad nodum non solum Italia tota me depellere, verum etiam ab Imperio dignitate deiceret.* Inde se Augustum sui Iuris in Italiam, Principesque Italiae,

Italiae; Vasallos vindicem⁹ monstrare. PRINCIPATVM MEDIO LATI  
NENSEM non s̄na de cauſa mibi possum vindicare, sed tamen Italiae quie-  
tis cauſa Sforiae poſſeſſionem eius permisit. Paucis interieſis: Cur au-  
tem in arte Mediolani circumſideretur Sforia cauſa fuit quod tecum initio  
federe, laefae maiſtatis crimen perpetraveris, quod patefacta coniuratione  
nec arcem Cremonae, neque Mediolani meis praefectis reddere, neque se pur-  
gare de criminiſbus, ant cognitioni ſſere vellet. Tuum erat poſtulatum⁹:  
ut proſuſ ei condonarem omnia; ſed id neque potui; neque certe debui, ne  
peſſimo exemplo BENEFICIARIIIS in Patronos delinquentiſſe feneſtram  
aperirem: Si milites mei commeatū (Fodri exachio ex antiquo Cæſarum  
Iure) & reliqua neceſſaria ſumpererunt a PARMENTIBVS & PLACENTI-  
NIS, mirum id videri non debet; quoniam vrbes illas ſunt ditionis Medio-  
lanenſis, & minime omnium ad Eccleſiam Romanam pertinent. Leges non-  
nullae per Hispaniam latas, ſolum eſt ſpectant, ne IVRA PATRONATV,  
quae mihi Pontifex d'riuanus concesſit, Romae ſupprimantur. Idem gra-  
viſimus Vir. p. 154. nertum Epitolae Carolinae ad Purpuratos ſcriptae  
exhibet, qua Augustus merita ſua in fedem Romanam commemorat,  
infimul tamen Ius ſuum tuetur, ſcribens: Quam ipſe Romanam Eccleſiam  
compleatatur: documento eſſe PARMAM atque PLACENTIAM, quas  
vrbes licet Imperii ſint ditionis, & ab eo nuper auulfat, reſtituerit Eccle-  
ſiae, cum tamen Iure non teneretur. Hinc & poſtero tempore Ius ſuum  
rite in eis vrbes ſeruant.

\*\*\*\* THAVANVS L. I. p. 17.

### V.

Eodem tempore Carolus, Neapolitan⁹ Regni Libertatem  
a Pontificibus conculcatam, magna ex parte, aufſpicato vindicauit.  
Huius etenim antiquissimis temporibus & Seculo cumprimitis XII.  
ſupremum dominium, Pontifices tanquam constituti a Seruatore  
Regnum Prouinciarumque Dispensatores, vel ob concessum illius  
Prouinciae poſſessoribus Regalem titulum, aliasque futileſ ratios  
quæſiuerunt.\* Medio poſtea tempore, pro arbitrio & libidine  
creptum iniuria Conradino,\*\* quem ob genus Vindiciasque Iuris  
Imperatorii exofum habebant, Carolo Andegauensi, lege cliente-  
lari, eaque, neu Romanorum Imperator fieret ipſe ſuccelforesque  
eius, tributo adhaec, quadraginta oſto millium nummū aurorum,  
& aſtrconis albi impoſito, confeſſerunt.\*\*\* Aurum equidem  
ſtipendiariuſ Ferdinandο Catholico Hispaniarum Regi felicifſimo,  
ſaliuſ ceteris, remiſit Julius II. nepoti tamen Carolo noſtro ea con-  
ditione quac ad Imperium repudiandum ſpectabat a Leone X. ſolu-

to, septem millia nummum aureorum denuo imperabantur. Carolus autem, qui iam adsumpta primum absque Pontificis concessione augusta dignitate declarauerat, se Pontificis in regna sua principatusque dominium paruiducere, \*\*\*\* vsus hac occasionis opportunitate sub initium Anni 1527. padis per Lanoum Neapolis Proregerum cum Clemente VII. induciis, inter alia Ius Regni Neapolitanii liberum postulabat, \*\*\*\*\* quod & capta secunda vice Roma, redactioque in custodiad Pontifice iterum petiit, \*\*\*\*\* tandem que Barcinone Pace 1529. sanctita, rite obtinuit.

\* Argumenta Pontificum supremum sibi regni dominium depositum infirma, ad fidem antiquorum Scriptorum belle perstrinxit, JOSEPHVS RIPA-MONTIVS, Canonicus Scalenis & Chronicus Vrbis Mediolani, Historiarum a Philippo II. regnante. Lib. IV. Postquam enim Paullum IV. Alexander & Philippum II. Hispaniarum Regem, de hoc Regno contentiones prudenter indicasset; argumenta eorum qui Ius Regis Catholicii contra Pontificem defendebant, neruose refert, interque ea modum adquisiti a Pontificibus summi in Neapolini iuris aperit: p. 1163. D. Thesauri Antiquitatum & Historiarum Italicas Gracianis, Tomo II. Parte Posteriore. Dicебatur inquit, contra, nihil aliud esse Neapolitanum Regnum, quam Graecorum Imperatorum iuriam, & adulterini Pontificatus (Anacletus enim Pseudo-Papa Rogerio Duci Apuliae Regnum quod ipsius non erat, concederat) mercedem. Regerum Siciliae Comitem inuasisse terras eas. Anacletum oppositum Innocentio II. Pontificem, & improbi conatus adiutorum haberet, usurpatorem eam firmasse Diplomate, cuius prefectio tam bona auctoritas quam etiam Pontifex ipse non verus. Tueri usurpatum ab Anacleto Pseudo-Pontifice ius pergens ipsius aemulus Innocentius II. Lotharium Imp. Saxonem, qui Rogerium fugauerat, bellique iure occupat regnum, habuit aduerium. Dum enim Reginaldo Provincia sub Ducatus nomine tribueretur, argu ita veteri inuestiendus ille esset, orta inter eos controverson, vtroque Ducatum sui Iuris adfirmando ea lis ita tandem decisa, vt in dando Duci vexillo, utriusque manus adhiberent. Adhuc OTTONEM FRISINGENSEM Lib. VII. Chronicis. c. XX. meique PATRONI Syntagma Hist. Germ. Diff. XVI. s. XXVI. XXVII. p. 497. seqq. Haec firmamenta Iuris Pontificii in Regnum Neapolitanum, callide postea confernata.

\*\* MATTHAEVS PARIS ad a. 1260. p. 848. RIPAMONTIVS l. exc.  
p. 1162. D.

\*\*\* RIPAMONTIVS loco adductio.

\*\*\*\* Supra s. 2.

\*\*\*\*\* PONTVS HEUTERVS, Praepositus Arnhemensis, Rerum Austriae sat. L. I. Cap. VII. p. 220. (Edit. Lomanien. fol.)

\*\*\*\*\* IDEM

\*\*\*\*\* IN E M I. exc. p. 221.

† Ipsas quidem Pacis Federisque Barcinonensis tabulas, adhibita licet omni investigatione reperire non potui; refert tamen eārundem quod ad Ius Regni Neapolitani Augusto nostro concessum, sententiam, omnium optimae JOSEPHVS RIPAMONTIVS c. l. qui p. 1162. C. Neapolitani Regni varietates, & versatos in ea prouincia dominatus; iurisque Pontifici in eadem mutations concinna sicut, ad tempora denum Philippi, Caroli nostri parentis progressus, quae Pace Barcinonensi Augusto sui Iuris Vindici concessa tandem subnequit paginaque 1163. C. scribit: *Manebant adhuc reliquias Veteris tributi septem milia nummorum aureorum, & asperco, testandi laus, Regum illud esse Apostolicae sedis munus. REMISSA SYNT a Clemente VII. Carolo V. Caesar, cum ille REDIMERE RET necessitatem & PERICYLA, quas lacessuerat. Seruauit tamen Austriacus, ut offerret Apostolicae Sedi quotannis eam pecuniam, idque immunitato tantum tenuo, ut quod diebat ante tributum sue vestigat, id OFFERRI donarique diceretur.* ODORICVS equidem RAYNALDVS Annalibus Ecclesiasticis, ad an. 1529. n. 60. 61. magna cura praecipuas federis leges, easdemque Pontifici proficias recenset, de Neapolitanis vero causa plane siter, in iniuria aduersus maximum Principem curomendis satis copiosus.

## VI.

Qua in Pace Clementi VII, ad incitas fere redacto commodissima quidem, magnum tamen Augusti Iuris in Territorium Papale integrum, sub ridiculo Patrimonii Petri nomine inviolabile creditum, Vindicem egit Carolus V. Iuris enim in illas terras, Vrbemque Romanam Supremi, per Ottonis M. Saxonis pacta Augustis omnibus adquisisti, perque Successores & Henricum II. cum primis\* seruati probe conscius; dum Clementi VII. Ceruiae, Rauennae, Mutinae, Rhegii ac Ruberiae vrbium terrarumque *utile dominium* restitueret, expressis verbis; aperte declarauit; se conseruare *Ius Supremum* \*\* sibi atque successoribus, nullamque agnoscere Donationem praeterquam in terris a Pipino donatis, *utiles* alicuius *domini*, quae tamen in possessionibus Mathildianis, nullum plane locum habeat, quas nec Mathilda beneficiaria Imperii, nec Imperatores ipsi sine Principum consensu donare, vel concedere potuerint.

\* Ipsum HENRICVM II. Sanctum quidem & Monachorum Patrem ob profusionem in Clerum nuncupatum, Diplomate d. a. 1024. bona & iura Ecclesiae Romanae confirmantem, audire iuvat, ubi quale ius Pontifices

in Patrimonio Petri habeant, qualeque tandem agnoscant Imperium aper-tissime declaratur. Extat illud sub Constitutionis de Regalibus Beato Petri concessis, nomine apud GOLDASTVM Tomo I. Confit. Imperial. vbi p.43. ita loquitur Henricus: *De supradictis vero prouinciis, Erribus, cintatibus, oppidis, castris, viculis, ac patrimoniiis, nec non & pensionibus atque eis inib[us], sed potius omnia quae superius leguntur, id est prouinciae, ciuitates, Erbes, castella, oppida, terras, patrimonia, atque insulæ, censu[m]que, & pensiones, ad partem Ecclesie Beati Petri Apostoli, atque Pontificum in sacra[m] illius sede residentium, nos in quantum possumus, defensores esse teneamus, ad hoc ut eam illi (Pontifices) ditionem AD UTENDVM ATQUE DISFOR-NENDVM habeant obtinere, SALVA IN OMNIBVS POTESTATE NOSTRA POS-TERORVMQVE NOSTRORVM.*

¶ Ita PONTVS HEVTERVS ex tabulis Pacis, Rerum Austrinacar. Lib. IX. JII. p.233. Vt Apostolicae Sedis (Vtile Dominum beneficium Caesarum hab. nti) SINE FRAVDE IMPERI (BELCARIVS addit. p.625. Germanici) restituatur Cernua, Ravenna, Mutina, Rheygum, ac Rubertia, Caesar operam dato. Idem & exteri Scriptores confirmant; interque hos principes, FRANCISCVS QVICCIARDINVS Lib. XIX. p.906: & FR. BELCA-RIVS Lib. XX. p.625. qui quidem addunt: Pontificem eriam in tabu-lis cauiss: ne quid de Romani Pontificatus iure decedat, ex qua tamen cau-tionis formula id falem colligas, Pontificem, in mala cauiss aperie licet versantem aegre tulisse Vindicias Iuris Supremi, quod tamen renitente frustra Pontifice, Augusti obtinuerunt, vii quidem exemplis Mutinae & Rheygi Ducatus constat, quae Feuda Imperii indubia, in hac Clementi VII. restituentorum serie etiam continentur.

## VII.

Nec minus: audiun[us] retinendi sui in Regnum Italiam Iuris contra Pontificis machinas se demonstrauit, quum sive gloriae cu-piditate, sive exemplo maiorum perductus Coronam Romanam An. 1530. die XXIV. Februario e manibus Clementis VII. Bononiae acciperet. Licet enim ad peruersam antecedentium Imperatorum consuetudinem Pontifici inauguranti officia omnia se Episcopi Domino indigna sane, renuente etiam quaedam ipso Clemente, praefaret; in rebus tamen ad Italiae Dominium Maiestatemque Imperii pertinentibus, ne transuersum quidem vnguem a virtute sua discessit. Cum enim pontificiae ditionis fines intranti, tres Legati, sacramenti formulam ex Caerimoniarum libris petitatam porrigerent, in cuius verba iurando, se nunquam Pontificiae libertati (exten-denda in Italia & ultra potestatis) vim allaturum, promitteret;

Tum

Tum sui Iuris Caesar apposite memor, ita, et si non ad mentem Pontificis iurauit, ut se de iure suo nihil decessurum testaretur. *Placentiam* liquidem & *Parmam* urbes, tanquam Mediolanensi imperio antiquitus attributas, quoniam id Imperatorum beneficium semper fuisset, non obscurio nec intermissio iure repetere videbatur. \*

\* In his Iuris Imperiorum vindictis exprimendis, vtor stilo **PAVLII IOVII**, Episcopi Nucerini Lib. *Hist.* XXVII. p. 213. Cuius fidem dubiam alias atque fluxam satis confirmat **IOANNES SLEIDANVS** grauis & locuples testis, qui *Commentariorum Lib. VII.* p. 182. Caefaris Responsum Legatis iusjurandum postulantibus datum, adducit: *Ile sic respondit, ve ostenderet, se nihil belle SVI IURIS imminuere, Parmam atque Placentiam tacite designans, Mediolani ditionis Urbes, quas tunc Ecclesia Romana posse debat.*

VIII. Locus equidem rerumque ordo iam monet, vt de *Iure Imperii* in *Ducatum Parmensem & Placentinum* a Carolo nostro magna constantia vindicato explicatus paullo exponam, cuius supremum ius contra Leonem X. Clementem VII. & Paullum III. non feruauit solum, sed de recuperando nibili Dominio oblata larga compensatione laborauit. Verum cum Augusti Impp. sui in has Urbes fortiores magisque instructos propugnatores haberint, ad eos provoco, \* vota tantum pro fortunato consiliorum ab Augustissimo CAROLO V. in *Parmensi Causa*, agitatorum, euentu, ni acup certaque subinxus spe confido, Eundem in vindicandis plene Itiae Iuribus Carolo V. fore feliciorero.

\* Interque hos praeceps ad excellensissimi Viri **BVRGARDI GOTTHELI** zimmi STRUVII Patroni mei, Dissertationem *Aufficalem de Iure Imperii in Ducatum Parmensem & Placentinum*: Syntagma Iuris Publici praemissam. Quia Dicatus hunc Statum ac Dominos ab antiquissimis temporibus repetit Imperiorum Iura facta per omnia Secula digressionem fidei luculentiusque defendit.

IX. *Quas rudi stilo indicauit Vindicias Iuris Imperiorum aduersus Episcopum Romanum a Carolo V. factas; ad Imperium Ciuale postillimum pertinebant; illae certe quas in recuperanda summa circa Sacra potestate instituit, anticipates longeque gratiores extiterunt. Erimus vero cum turbatam ob religionis dissidia Germaniam ad pa-*

ecem & concordiam reuocare summa contentione allaboraret laudatissimus Princeps, in ipsa negotiorum tractatione cognoscebat, nihil magis pacandae Germaniae officere ac obstatre, quam creptam Imperatori Statibusque excellentissimam summae potestatis portio-  
nem, quae circa Sacra versatur; videbat adhac eam in eorum manibus esse quorum artes vniuersitatem co-tendunt; ut in confusione & turba sub Sacerdotii specie Imperatori, Regibus, Principibus quae istis reliqua sunt Imperii Civilis Iura eripiant. Hac igitur ne-  
cessitate Carolique M. sacram ac ciuilem potestatem grauiter & ceu par est exercentis exemplo, a primordio imperii ad ea tempora quibus se principatu abdicavit, vocatis in societatem ex Legibus ac longa consuetudine Imperii Statibus, opportunissimo tem-  
pore quo de purganda in Germania doctrina agebatur *Augusta circa Sacra Iura*, dedita veluti opera vindicauit. Quos Caelaris labo-  
res quin IOANNES SCHILTERVS ex Actis Comitorum ac Imperii legibus, temporum eorum scriptoribus fide dignis, eruditissimisque virorum epistolis magna industria exposuerit, mei memor instituti, capita harum Vindictiarum optimum hunc Duce ad annorum seriem secupsit, additis hinc inde grauissimis quibusdam te-  
stimoniis, referam.

**X.** Sub ipsis Imperii auspiciis Anno 1520. dum Lutherum Vor-  
matiam evocaret, *Iudicem in Caussa* egit Ecclesiastica. \* Anno 1522.  
summus veluti Ecclesiae Germaniae contra vim & tyrannidem Romanae, Aduocatus & Defensor, Abusum per Grauamina Nationis Germaniae sub Maximiliano I. designatorum, in Comitiis eius anni Norimbergensibus iterum oblatorum abrogationem, literis quidem comiter scriptis, animum tamen Caelaris satis declarantibus, postulauit. \*\* Dum grauissimas Anno 1526. cum Cle-  
mente VII. haberet concertationes, dato Granatae ad Senatum Cardinalium Mandato, vt negante seu differente Pontifice Generalis Concilii Indictionem, ipsi indicent, pro sua auctoritate poscit, gra-  
viterque denunciat, se ni morem gerant priuifurum, ne Res publica Christiana aliquid detrimenti capiat. \*\*\* Quod tuendae Maiesta-  
tis circa Sacra studium Ferdinandus I. frater, Imperii tum Vicarius

Sta-

Statusque Comitiis Spirae 1526. habitis, suffragiis suis confirmarunt, ac Imperatori, nulla pontificiae auctoritatis facta mentione celebrandi Concilii potestatem tribuerunt. \*\*\*\* In Comitiis Augustanis anni 1530. Confessores nostros, magna Pontificis eiusque legatorum indignatione audiuit. \*\*\*\*\* faustaque Iuris decernendi in causis fidei controversis, Statuum accidente consensu legitimoque tractandi modo obseruato, auspicia coepit. Eodem anno ipso Comitorum Recessu \*\*\*\*\* accendentibus Statibus articulos fidei controvergos dijudicandi normam nonnisi SS. Scripturam adgnouit. Quae ingenua optimi Principis sententia quam accepta fuerit Episcopo Iudicem fidei iniuria agenti, per facile patet; cui repetitae Caesares de conuocando Concilio & reformanda Curia Romana compellationes per erant molestae. †

\* Supra §. III.

\*\* Seruavit eas, GOLDASTVS Tomo Vno Confitt. Imper. p. 447. Extant Grauamina in Comitiis Noribergensis proposita apud GOLDASTVM excitate. Volumine p. 456. seqq. & SCHILTERVM p. 859. seqq.

\*\*\* Digna omnino Augusti sunt verba, quae adponantur, quum iisdem ad Imperatoris officium prouocet, quod eo tendat ut Ecclesie Pax & tranquillitas reddatur, sub finem Mandati ad Purpuratos, quod extat apud GOLDASTVM Tomo Vno Confitt. Imp. p. 501. ait: Si vero Reuenerissimae Paternitatis vestreae aquissima huismodi postulata nostra concedere negauerint, eorumne exequitionem plusquam decet, ac dignitatis nostra ratio expostulat, distulerint, nos pro nostra erga Deum gratitudine, PROVE DIGNITATE NOSTRA IMPERIALI, que eius gratuia benignitate fungimus, quibus libe sit remedium, ita in his pro virili prouidore curabimus, ut nec Christi gloriae nec iustitiae nostrae, nec Christianae Reipublicae salutis, pacis, & tranquillitatis quovis modo defuisse videamur. Sub Mandati vero forma ad Purpuratos has litteras exaratas fuisse pater ex subscriptione carundem, dum nomen Caroli non adpossum adparer, ut quidem fieri assulet quando ad iuri Imperatorio non subiectos scribit, sed voces: Yo el Rey, tantum subiectae, quod tum demum obsernatur, quando ad subditos literas mittit Hispaniae Rex. Conf. DOMINICVS BAVDIVE de Inducis Belli Belgici Lib. I. p. 27.

\*\*\*\* Recessus Imperii de a. 1526. §. I. C. 4. SCHILTER de L. E. G. Lib. VII. c. IV. §. 11. p. 944.

\*\*\*\*\* Quam male habuerit ea res Pontificios, iustis documentis demonstrat illius Vir SECKENDORFIVS Comment. de Lutherismo L. II. Sect. 29. §. LXVI. p. 171. pugnacissimos ex aduersariis Lutheri, a Compagio Pur-

purato Pontificis Legato, nuntiisque Pimpinello & Petro Paullo Vergerio, instigatos, id eis, ut aut plane non audirentur. Protestantes, aut eorum dogmata, iam a Pontifice Leone X. damnata simpliciter reiicerentur. Aegrim enim permitebant institui in Imperatoris Principumque confessu disceptationem causae Ecclesiasticae, quod ex adiutis iamiam constat, cum Augustus Lutherum audiret. Post plures deinde annos Pius VI. cum Maximiliani II. Vindicias disturbare conaretur, per Commendoniam purpuratum, haec Caesaris consilia ingratissima Romanae Curiae extitisse declaravit apud THYANVM Lib. XXXLX. p. 572. in eo perniciose peccasse Carolum V. qui dum se negotiis sacris immisceret, Confessionem Augustianam a Philippo Melanchthon conscriptam in Comitiis proponi pessimis esset, & alio potestia remedio (Constitutione Interimistica) auctoritate Caesarea intempeste fuisse, dum ita religioni consulfum putat, religionem in discrimen revocauerit.

\*\*\*\*\* S. I. SCHILTER de L. E. G. L. VII. c. IV. §. XIII. p. 957.

† Compara omnino SCHILTERVM de L. E. G. L. VII. c. IV. §. XVII. p. 959.

Et p. 960. ubi Ius Augusti circa Sacra aduersus Sophismata Pallanicini egregie defendit.

#### XI.

Comitiis deinde, quae Ratisbonae 1532. agebantur Pontificis ministris vehementissime obnitionibus, primam emendatae Religioni Pacem, Stiinfurti ac Norimbergae tractatam ac sanctitatem, perque Transactionem Cadavensem Anno 1534. nec minus Francofurti ad Moenum 1539. confirmatam, dando, grauissimum se *Iuris circa Sacra Vindicem* ostendit. Sucersebat enim sensim in animo Caesaris, auersio Pontificis, & recuperandorum Iurium studium \* ipsumque Pontificem magis terrebant Imperatoris, quam quidem Evangelicorum consilia. In primis Episcopus tota mente controvexit, quum Carolus Caussam Religionis per *Conuentum Nationali* aquae *Colloquia* ab an. 1539. tractandam & persciendam suscepseret, \*\* Laicosque quod maximum, doctos, prudencia Christiana & Theologica instructos, quibus diuini Spiritus dona nunquam degata sunt, ad iudicium controversiarum fidei admitteret, \*\*\* quod in *Colloquio Hagenensi* an. 1549. \*\*\*\* Vormatiens, \*\*\*\*\* *Contentus* cumprimis *Nationali Ratisbonensi* de a. 1541. \*\*\*\*\* fecit, & dum ipsi Germaniae Episcopi a Pontifice concitat, hoc *Iuris Caesarei* Principumque circa Concilia & Sacra exercitium aegre ferrent, graues ac constantes Defensores habuit. † Et licet

Paul.

Paulus III. vindiciis Caroli perturbatus, ut seruaret sibi Ius Concilii iadicandi, Synodum Tridenti congregandam a. 1542. denunciareret, annoque 1544. iterum indicaret; eodem tamen anno Carolus Iuris sui retinens, Comitiis Spirae celebratis Religionis negotium a Concilio ad Comitia reuocauit, atque omisso plane Pontificis consensu Statibus, libertatibus Formulam reformandae fidei conficiendi tribuit; \* Possessionem Bonorum Ecclesiasticorum Interdictio uti possidetis concessit, \*\* Iuris iurandi per Sanctos verba in S. Euangelii mutandi facultatem iisdem dedit, \*\*\* modum procedendi in Concilio Pontificio plane aduersam, fremente Pontifice, constituit, \*\*\*\* Plenitudinemque Potestatis sua circa Sacra, consensu Statuum accedente, mirifice confirmauit, \*\*\*\*\* atque sub ipsis Tridentini Concilii primordiis a. 1545. Collodium Ratisbonense celebravit, quod suis Statutumque auspicii rem Religionis cognosceret. \*\*\*\*\*

\* SCHILTERVS de L. E. G. L. VII. c. V. §. I. p. 964. Qui ad fidem Actorum eius temporis de Caroli consiliis ita pronunciat: reputabat vetus Pontificum Rom. institutum Germanos inter se committere, quo eos & in primis IMPERATOREM imbecilliores haberent. Ideo pergens in Vindictis summum Pontificibus terrorem incutiebat. Add. eundem exc. Libro. §. III. p. 966. Cap. VI. §. I. p. 976.

\*\* Qua de Caesaris pro tuendo suo Iure mente PHILIPPVS MELANCHTHON Epistola ad Lutherum Alvediae 1539. scripta, inter Selectiores Epistolas ab Atano meo materno Caspare Peucero editas, fol. 268. Caesarus Orator ait, CAESAREM etiam DISSIDENTIUM PONTIFICE tamen comprobaturum esse vera iudicia Germanorum (de Religione) si inter eos conueniri poterit.

\*\*\* Immortalis memoriae Vir FRIDERICVS HORTLEDER victori sui Operis L. I. c. XXXII. confernauit Instrumentum Pacis Religionis Francocurensis d. a. 1539. cuius §. IO. p. 122. Laici ad cognoscendas fidei causas vna cum Theologis admittuntur. Add. IVSTVS HENNINGIVS BOEHMERVS Iuris Ecclesiastici Protestantium Tom. I. L. I. Tit. I. §. XVII. XVIII. p. 35. Tit. XXVIII. §. XXXIII. XXXIV. p. 632. 633.

\*\*\*\* SCHILTER de L. E. G. L. VII. c. VI. §. IV. p. 983.

\*\*\*\*\* SCHILTER exc. I. p. 984.

\*\*\*\*\* SCHILTER §. V. VI. p. 984. seqq.

† In primis MARTINVM BUCERVVM, Admonitione Concionatorum Protestantium, ad Legatum Pontificium (Contarenum) de eo quod ad Ordines Imperiales

perit.

## 40 VINDICIAE IVRIS IMPERATORII ADVERSUS

perii scripsisset, non licere in Synodo Nationali determinare controversias  
fidei & Pontificem esse Caput Ecclesiae & Conciliorum ap. GOLDASTY<sup>M</sup>  
Conflit. Imp. Tom. II. p. 230. Addatur SCHILTER c. I. §. XL. p. 990. seqq.  
\* SCHILTER L. VII. c. VII. s. III. p. 997.  
\*\* SCHILTER s. IV. p. 997.  
\*\*\* SCHILTER ibid.  
\*\*\*\* SCHILTER s. IV. p. 1000. seq.  
\*\*\*\*\* SCHILTER s. IV. p. 998.  
\*\*\*\*\* IDEM s. VI. p. 1002.

## XII.

Licet autem Imperator exerto mox Bello Germanico Pon-  
tifici federe amicitiaque coniungeretur \* eodem tamen magna  
felicitate celeriter consecto ad Vindicias iuris circa Sacra Conci-  
liumque praesertim reedit, fortiter excellenterque Concilium Bononiense  
Protestatione \*\* & auditoritate sua disturbauit. Postea  
recepto quidem Tridentino Concilio, in ipso tamen Imperii Recessu \*\*\* modum & normam tractandi causam contro-  
versam prescrivit, Pontificio longe rectiore, quem quidem quan-  
vis non adhibuerint congregati Patres a mutu Pontificis dependentes,  
constat tamen exinde quem animum in tuenda potestate sacra  
habuerit Carolus. Maiorem trepidationem afferebat Pontificis  
Augustus, quum a. 1548. \*\*\*\* Declarationem Religionis, vulgo  
Interim nuncupatam, formaque Legis Imperii propositam, promul-  
garet ac publica Lege de fide definiret. \*\*\*\*\* Formulaque ad-  
haec Emendationis Ecclesiasticae, suo iussu collectae ede-  
ret \*\*\*\*\* utque Synodi Dioecesanae ad diem D. Martino sacram,  
& Provinciales ante Quadragesimam peragerent praecepit. †  
Quamuis autem nec Pontificis, nec Euangelicis Constitutio Interimistica accepta esset, mansit tamen Carolo communibus Sta-  
tuum suffragiis salutum Sacra ordinandi, ceremoniasque ac ritus  
superstitiosos in Ecclesia Romana emendandi Ius, illudque Recessu  
Comitiorum rite comprobatum fuit. †† Recessus Comitiorum  
Augustinorum anni 1551. Ius Imp. circa Concilium mirifice firmat  
Bullamque Iulii III. repugnantem plane conficit. ††† Transactio  
Passauensis Anni 1552. ac subsecuta Augustae Anni 1555. Reli-  
giosea Pax salutaris Germaniae, Colloquio Wormatiensi an. 1557.  
firmata eiusdemque anni Comitia Ratisbonensia, luculentissima

Impe-



EPISCOPOS ROMANOS A CAROLO V. FACTAE.

41

Imperatorii Iuris in decernendis Fidei rebus, documenta suppeditant, Caroisque nostri contra Pontifices summe ipsi infestos, Vindicias apertissime loquuntur. + + +

\* SCHILTER L. VII. c. X. p. 1005. Excell. Vir. B. G. STRUVIVS Syntagma te H. G. Diff. XXXII. §. LXX. p. 1332. seqq.

\*\* Extat Protestatio contra Concilium Bononiense a Paulo III. congregatum apud GOLDASTVM Tomo Vno Confitt. Imperial. p. 562. & facta est Bononiae primum, dein Romae per IACOBVM MENDOZAM Legatum Caesareum in conspectu Pontificis. Quae grauiter sane scripta Index animi Imperatoris de seruanda suo iure prouidi, ubi §. 25. Voluntatis Goldastini p. 565. animose ore Legati sui pronunciat: dictam tralationem seu recessionem suiss. & esse illegitimam, & nullam: atque omnia inde acta, atque secuta, & quae post hac quomodocunque de re qualibet agentur atque sequentur, affectata fuisse, & futuras rixas & contentiones in Ecclesia Dei inducere atque nutrire, ac deinde nullius momenti, nullius effectus, magnam cladem & exitium populo Christiano minari, fidem Catholicam & sacra[m] religionem in periculum adducere, sinueralalem Ecclesiam Dei scandalizare, decolorare, deformare, eiusque statum & maiestatem peruertere, ac proinde nullius momenti, nullius effectus, nullamque habuisse vim, sed nec habitura vigorem ullum, ullam penitus substantiam, neque eam posse esse autoritatem assertorum Legatorum Sanctitatis Vestrae & eorum Episcoporum, qui Bononiae sunt, Sanctitati Vestrae maiori ex parte obnoxiorum atque ab illius nutu omnino pendentium, si in religionis & moralium reformationis causa, tanti momenti negotio, Universas Reipublicae Christianae, eique Provinciae praesertim cuius mores & instituta parum eis nota, legem praescribant. §. 26. Praeterea protestor & denuncio Sanctitatis Vestrae resononem illegitimam, praesenti negotio & necessitatibus ineptam & inconvenientem, siccus & fignitus plenam, ac prorsus delusoriām fuisse & esse nulloque iure, nullaque ratione subsistere. Post alia vero grauissima verba, Pontifici denunciat §. 28. Protestor simuliter, Carolum Romanorum Imperatorem semper Augustum, desertu, culpa & negligentia Sanctitatis Vestrae, Ecclesiae procellis & tempestatibus, quas metuit ex hoc facto, videturque impendere, totis suis viribus obtutam iurum, eiusque protectionem & tutelam omni studio suscepturnum, totumque id, quod SVI IURIS, MUNERIS, OFFICIEL ET DIGNITATIS EST, QVO IMPERATOR EST, QVO REX EST, quatenus ins patitur, & legibus sanctiorumque Patrum institutis, & orbis eo consensu decretum atque observatum est, ex nunc non omissurum. En Carolum accerrimum summi Iuris circa Concilia & Sacra Vindicem!

\*\*\* Adhibe omnino Recessum Imperii Augustanum d. a. 1548 §. 6.

\*\*\*\* Confer Excell. PATRONI Syntagma Hisp. Germ. Diff. XXXII §. LXXIX. p. 1350 seqq.

\*\*\*\*\* PETRVS SVAVIS s. P. Sarpius ingenuus tehis, ita de hoc negotio ex-

F

ponit,



42 VINDICIAE IVR. IMP. ADVERSVS EPISC. RÖM. A CAR. V. F.

ponit, p. 325. (Edit. Francof. d. a. 1621.) *Vnam & communem vocem  
fiuisse Curialium omnium, agi nunc de SVRMA RERVM, iam conuulta esse  
Ecclesiarum fundamenta, hic vires omnes colligendas, Principes orares exsuffici-  
tandos, ad omnium Nationum Episcopos, Nuncios quaqua versum mittendos,  
ut principio huic obllent, unde sine dubio securura esset, ECCLESIAE ROMA-  
NAE, si non EVERSIQ (quae ex mente sanctorum Patrum, impossibilis,)  
saltet maxima, quae fuit vnguam & foedissima deformatio. Ipse Ponti-  
fex sagacissimus Senex summe anxius calidissima confilia agitabat, ut  
hoc consilium Imperatori cederet in perniciem, quae magna cura indi-  
cat. SA RPIVS C. l. in primis: id callide tentandum, ut libri eius doctrina  
non tam consuta videatur ad partium conciliationem, quam ad frenum  
Protestantibus iniiciendum. hac enim ratione magnum quidquam obtineret,  
nempe, Caesarem non fidei deicta fidelibus (i. e. Pontificis auctoritatibz ad-  
dictis, hoc enim summe sollicitum habebat Pontificem) sed deuils & erro-  
nibus condire.*

\*\*\*\*\* Capita huius indicat PETRVS SVAVIS p. 327. & maturo iudicio vir  
cordarissimus subiungit. Si Praelati eam soli fabricassent Romanis non  
fuisset difficitura. Sed ut istiusmodi Reformatio AVCTORITATE CAESAREA  
probabilitur, id scilicet minus, quam Caesari in euangelio Interim, factum,  
zollerandum videbatur: cum Curiae Romanae pronuntiationum sit, in his Principi-  
pi, secularibus cuiuscunq[ue] sit dignitas, aut sanctimonias; fas non  
esse, Clero leges praescribere, in quemque etiam optimum finem. Verum  
tyrannidem istam (ita loquebantur) cui se opponere non poterant, quod re-  
liquum erat, patientia leuorem reddere conabantur. Ita optimo Caesari,  
quod sui munera erat iure vindicanti Tyranni adscribatur. Ni for-  
tissimum Caroli animum formidassent Praesules, ea certe remedia com-  
parassent, quibus Ludovicum Plurim corruptos Cleri mores emendantem,  
sed superstitiosi demissique admodum animi Principem, impediuerunt.

† SVAVIS p. 328. SCHILTER. s. VI. p. 1012.

†† SCHILTER L. VII. c. VIII. s. XIII. p. 1020.

††† SCHILTER exc. l. p. 1024.

†††† Adhibe SCHILTERVM de L. E. G. L. VII. c. IX. s. VII. p. 1033. s. X.  
p. 1034. s. VII. p. 1036. seqq. ciudemque perelegantem Commentationem  
de Pace Religiosa Argentorati 1700. 8. editam.

XIII.

Praeclarae sunt haec & omni laude dignissimae Caroli V.  
Vindiciae, ad quarum cumulum accessit demum, quum inscio &  
inuito Paullo IV. Imperio se abdicaret, illudque in Septem-Virum  
manus, e quibus acceperat traderet Pontificisque in Imperium Ro-  
mano-Germanicum potestatem, fortiter oppugnatam conculcaret.\*

\* Qua de causa, memorabili explicatus sub Ferdinando I.

CA.

CAPUT SECUNDVM  
**VINDICIAE IVRIS IMPERATORII ADVERSUS**  
**EPISCOPOS ROMANOS A FERDI-**  
**NANDO I. FACTAE.**

I.

**F**ERDINANDVS I. acceptam a magno fratre, hereditario iure  
 tuendae potestatis gloriam insigniter auxit atque amplificauit.  
 Licet enim vitio Educationis Hispanicae primi iuuentutis regno-  
 rumque annis de seruanda Pontificis auctoritate vehementer labo-  
 raret, Romanorum tamen Rex factus, negotiis adhibitus, deque  
 dignitate sua rectius edocitus, protegere non solum & defendere,  
 sed repetere etiam Augusta Iura imperterrite coepit.

II.

Augusti siquidem fratris in Imperio Vicarium agens, de-  
 emodatae Religionis veritate melius instructus, permulta, *Ius circa*  
*Sacra exercendo\** cum Ordinibus fecit, quae Pontificem grauissi-  
 me commouerunt. In ipsis hereditariis Provinciis, dum peruersum  
 Sacrorum statum cognoscerer, eorundem curam egit ; atque  
*Catechismum*, quem suo mandato pii quidem ac docti Theologi  
 concinnaverant, euulgauit ; ac simul magistratibus, ne patiantur  
 Ludimagiistros publice aut priuatum alium aliquem auditoribus suis  
 praeclegere, edictio praecepit. \*\*

\* Refer huc egregia Comitorum Spirensium d. a. 1526. pro Iuribus Augusti  
 circa Sacra, decreta, prudentia Ferdinandi procura, Transactionem  
 Passauensem & ipsam Religionis pacem de quibus Cap. I. §. XII. exposui.  
 Quae omnia ad nostrum pertinent, summeque exosum Pontifici redi-  
 siderunt.

\*\* Ita vindicem Iuris circa Sacra fuisse Ferdinandum PAULVS SAPIVS  
*Hist. Conc. Trident. p. 435.* qui simul Pontificis de luce hoc recepto, iu-  
 dicium candide aperit : *At Romae ea res hand pronis auribus accepta, Se*  
*PRINCIPES SECULARIS librorum componendorum, aut auctoritate sua mu-*  
*nendorum in re religionis, & in eo ipso praesertim genere potestatem sibi su-*  
*mat, neque aut Pontificis approbationem requirat, aut Episcoporum eius pro-*  
*vinciae nomine emitat ; id vero picculo affine putabatur : quasi secularis*  
*ad cognitionis esset, quam populus religionem tenere, quamque auersari*  
*debeat.*

F 2

III. Dum

## III.

Dum autem Augusti Imperatoris nomen, per Electionis ius ac repetitum in Comitiis Francofurtensibus 1558. Electorum consensum rite tributum susciperet, Paullus IV. qui Regem Regum se dixerat, furiis agitatus, vel plane mente captus \* Ferdinandu librandi a Potestate Papali Imperio Romano-Germanici ansam dedit. Enimvero cum antiquam, augustae potestati nocenter admodum obseruantiam erga Sedem Romanam testaturus, Martinum Gusmanum ad Pontificem mitteret, deque suscipienda veteri & recepto more Coronatione Romana promitteret; morosus ac superbissimus Senex non modo Legatum Caesaris reiecit, sed status in quem Deus Electorumque voluntas Ferdinandum collocauerat, controversiam mouere ausus, delegatis quibusdam Purpuratis Iudicium ordinauit, \*\* in quo de Imperio disceptaretur. Qua re nefaria motus Augustus dignum suo fastigio animum ostendit \*\*\* ac omisso prudentissimo consilio *Coronationis Romanae Actu*, quem pro Iure aliquo conferendi Imperatoriam Potestatem habuerant Pontifices, \*\*\*\* sibi ac Successoribus Imperium liberum praessuit, Romamque sua constantia ita perterruit, ut Pius IV. Legatos Ferdinandi nostri absque vlla Pontificis assensione legitimi Imperatoris, honorifice suscipere beneficij loco duceret. \*\*\*\*\*

\* Id quod adfirmare videtur SIGISMUNDVS SELDIVS, Vir summae dignitatis, prudentiae ac meritorum, Cancellarii vices apud Ferdinandum I. Sustinens, im Rathschlag von der Kayser und Paebi Gewalt, in LÜNIGE Staats-Consilii p. 255. vbi varia corruptae mentis indicia enarrat, tandemque subiungit: Dadurch denn viel Leute Anzeigung nehmnen, als ob ihre Heiligkeit, Alters und anderer Zufaelle halber, nicht wohl mehr bey der Vernunft noch Sinnen sey. Quod licet non negauerim, patet tamen ex historia concertationum Imp. inter & Pontifices, dominandi libidinem annos Episcoporum naturaliter recte sentientium pervertisse.

\*\* Adhibe omnino THYANVM memorabilem hanc caussam grauisime recitantem, LXXI. p. 628. vbi Num. B. Quæstiones inserit, purpuratis patribus a Patillo propositas, Augusti summe injurias; quibus discussis, Patres tanquam Iudices, sententiam pronunciant, quam non sine horro legas loco excitato. Huius rationes omnes, primo statim adspectu fidelissimas solide confutavit SELDIVS supra laudatus, ab Augusto consultus, qui lura Imperatoria quantum ea tempestate fieri poterat grauiter conseruanit, fraudesque Papales detexit. Iunge SCHAR-

- DIV M de *Perfidia Pontificum* p. 159. seqq. JOSEPH. RIPAMONTIVS  
*Historiar.* L.V. p. 1185. B. neroſe cauſas repudiati Ferdinandi aperit;  
PAVLVS VERO SARPIVS *Hift. Conc. Trident.* Thuanio plane conſentit.  
\*\*\* THVANVS L.XXI. p.629. B. *Vbi vero de Pontificis voluntate Ferdinandus ex litteris Guicciardini cognovit; continuo rescribit, mandatque, ut nisi post TRIDVM a mandato accepto a Pontifice admittatur, ipſe rebus compotis Roma diſcedat, denunciatione ante facta, ſe quando a Caſare ad Ponſificem fit legatus, ut ei more maiorum fuorum filialem honorem exhibeat, nec tam longo tempore, non abſque Caſarene Maieſtatis immixtione, ad mandata exequenda admitti potuerit, Roma diſcedere, ut Caſarem de iis quae in hoc negotio interuenierunt certiori faciat: QVI MON RE CVM SEPTEMVIRIS DELIBERATA ID FACTVRVS SIT, QVOD IMPERIALI DIGNITATI CONVENIRE VIDEBITVR. Agnolce Imperatore, de Iure Imperii iam edictum, Coro- nam, & Confirmationem quae Romae fit, irridentem.  
\*\*\*\* Confer. Excell. PATRONI mei *Syntagma Iuris Publici*, Diff. VII. s.XXXVII. p.143.  
\*\*\*\*\* THVANVS L.XXI. p.629. L.XXIII. p.714.*

## IV.

Sic & in seruanda quae Imp. circa Concilium reliqua erat auctoritate, eademque quando occasio daret amplificanda, indefſum ſe praebuit. Indictio enim rursus a Pio IV. An. 1562. Con- cilio Tridentino per Oratores ſuos Dudithiumque cumprimis Tini- niensem & Quinquecclesiensem Praefulem admirabili ingenio & do- trina virum, grauiter modum tractandi commonitrauit, vtque Reformatione Ecclesiae in Capite & Membris, diſceptationibus de dogmatum controverſis praemitteretur, poſtulauit \* cumque ſegni- ter ageret Pontifex, ac verba ſacra contraria dare t, de ſtabilienda in Concilio ſua auctoritate grauiſſime conſultauit, \*\* tandemque ſcripta ad Pium IV. Epiftola & Libertatis Concilii & fuorum in eo- dem Iurium animosum Defenſorem egit. \*\*\*

- \* Memor haec curate PAVLVS SARPIVS *Hift. Conc. Tridentini Lib. VI.* p.542. 572. 576. Lib. VII. p.657. 660. 667. 692. 722. 739. Grauiſſi- mus Vir IAC. AVGVSTVS THVANVS *Lib. XXXII.* p.154. b, magno iudicio ſummano Capitum a Ferdinandō pro auctoritate ſuorum poſtulato- rum exhibet, quae legiſſe cum cura, ſuauit, ſunt enim plane egregia & ita comparata ut iſdem fulcra Papatus conſellantur.  
\*\* Idem SARPIVS *Lib. VII.* p.755. XVII. Articulos in Consultationem ad- ductos inſeruit, interque hos IV. de Poſteſtate Caſaris vacante Sede Roma- na & aperto Conſilio, VII. de Diſſolutione Conſilii inconsuſto Caſare, agunt,

Quae Caesaris de rebus Pontifici adeo periculis Consultatio Pium IV.  
summe anxiū reddidit, quod lucentissime patet ex consiliis eam ob-  
causiam Romae captis p.757. relatis, dum multi suaderent ad Imperato-  
rem scribendum Breue oburgatorium; altero Breui & interpando Consil-  
liarios, qui illi ad hanc rem autores; & Theologos, qui praesentes fuerant,  
admonendo, ut a censuris absolutionem sibi procurarent. Inde quid tum  
constituerit Pontifex adicit: *Eius (Consultationis) notitiam prudenter dis-  
simulari posse, at si publice profiteatur eam sibi innonuisse, atque post repre-  
hensionem suam nihilominus continuetur, in maius se periculum coniceret.*  
Igitur misso ad Ferdinandum Cardinale Mantuanum, enixe laborauit, vt  
consultationibus his determinata, oblique discuterentur.

\*\*\* Nervum Literarum Caesaris dedit quem saepe iam consilio excitauit S A R-  
P I V S l.c. p.766. idemque ingenuo commemorat p.767. Pontificem ob-  
IAS Caesaris vindicias vehementer commovit, cui ait videbatur Impera-  
tor multo plus sibi sumere, & auctoritatem suam longius extendere, quam  
fecissent alii Imperatores decessores sui, ipso longe poterioris. Responsum  
Pontificis ad Caesarem quod subiungit, omninem Imperatori in Concilio  
auctoritatem adimit, sed argumentis eius modi quibus omnis historia &  
antiquitas contradicit.

## V.

Decus adhaec Imperii auctoritatemque in Comitiis Germaniae contra Pontificum vim & fraudes geforum magnificentissime  
asseruit, quum *Recessuum Imperii in prohibitorum Librorum Indice,*  
recensionem grauissime veraret. \*

\* PAULLI SARDII verba Lectoribus, meis gratiore erunt, quae habet Lib.  
VIII. p.842. H. C. T. Per hos dies Oratoribus Caesares a Princeps suo  
mandatum, agerent cum Legatis (quod & factum) Et in recensione indei Lib-  
rorum prohibitorum, nulla merito fieret *Recessuum in Dietis Germaniae*,  
qui a Paullo IV. prohibiti iam fuerant. Et habebat id Imperatoris man-  
datum nonnullis acrimoniae, quasi Patres quibus Res Ecclesiasticae tractan-  
dae FORMAM DARE VELLENT POLITIAE GERMANIAE & occasionem dare  
populis, qui illi Legibus viverent, etiam si nolint se ab Ecclesia Romana  
alienandi. SCHILTERVS equidem de L. E. G. L. VII. c. IX. s. IX. p. 1034  
Maximiliano II. has Vindicias tribuit, quae tamen sententia Concilii tem-  
poribus plane repugnat.

## VI.

Nec minus suae circa Sacra potestatis memorem se ostendit,  
quum Austria carum in Germania Provinciarum populis audiē id  
desiderantibus Communionem sub vtraque, ut vocant, specie, permit-  
teret. Dubitauerat equidem sub initium optimus Princeps ac sibi  
hoc

hōc non licere crediderat,\* eamque ob cauillam a Pontifice subinde postulauerat, ut subditorum votis fieret satis, idemque in Concilio Tridentino, per Oratores, suaequē ditionis Episcopos, magna contentione egerat. \*\* Ast dum salutare negotium obstrepentibus quibusdam Praefulibus non procederet, Piusque IV. cui Decreto Synodi facta res permitta,\*\*\* certis ac difficilibus additis conditionibus tandem annueret,\*\*\*\* Imperator iure suo agens Edicto Vienae Anno 1564. publice proposito, integri Eucharistiae Sacramenti usum simpliciter, nec attentis quas voluerat Pontifex cautionibus, concescit,\*\*\*\*\* coquēt de recuperandis circa Sacra Iuribus se maxime sollicitum suisse declarauit.

\* Dubium hac in causa Ferdinandi I. animum monstrant Acta ac scripta eiusdem, quibus Procerum suorum precibus responderet, quorum summa capita legas apud S. BIDANVM Commentariis p. 823. seq. p. 859. seq. in primis p. 862.

\*\* Adhibe omnino THYANVM Lib. XXII. p. 154. D. SARPIVM H. C. T. Lib. VI. p. 625. 633. 637.

\*\*\* SARPIVS Lib. VI. p. 648. ad hunc tempore inserviunt.

\*\*\*\* Quas Bulla Pli. IV. ad Iulium Pfugium data exhibet apud SCHILTE RVM de L. E. G. Lib. VII. Cap. X. s. IV. p. 1043. 1045.

\*\*\*\*\* Partem Edicti per Episcopiam Gureensem in templo S. Stephani publicari, huc pertinentem, perquirre in Digestis Regis de Sacramento Eucharistiae a MELCHTORE GOLDASTO collectis p. 14. Anno iam 1556. Ordinibus hanc gradim tribuerat, dum Edicti, quo ne quid in Eucharistiae sacramento mutaretur, mandarat, partem quae ad coenam Domini pertinebat, sisteret & cohiberet; vt quidem ex S. BIDANO L. XXVI. p. 823. 862. SARPIO h. ext. Lib. V. p. 446. constat. Nam vero amplissime confirmavit edito hoc Edicto.

† Quam Caesaris mentem, quantum militi quidem videretur etiam prodit elegansissimum Numus eo tempore iussu Ferdinandi factus, quem exhibet IO. IACOBVS LUCKIVS Sylloge Namissinatum Elegiariorum p. 2114 cuius pars antiqua Augusti imaginem habet, circumpositis verbis: DATE. CAESARI. QVE. SVNT. CAESARIS. FER. postea vero Calicem sanguine fumantem addito verbo: ORATIO in circuitu vero: DATE. DEO. QVAE. SVNT. DEI. vocibus adiectis.

## VII.

Finita Synodo Tridentina optimis sarcendae in rebus fidei concordiae, consiliis aduersa; Imp. vocato in societatem Maximiliano II. Romanorum Rege, omni cura & cogitatione, tentata Religio.

46 VINDICIAE IURIS IMPERATORII ADVERSUS

ligionis compositione \* *Jus Sacrorum* ringente frustra ac reclamante Pontifice \*\* vindicare amplius admissus est. Summe enim a damnandis omnibus Euangelicorum doctrinis; quod Tridenti major patrum, Pontifici obnoxiorum; turba fecit, alienus erat, magisque intentus conciliandi controuerentium partibus. Igitur euocatis in consilium duobus Georgiis, Cassandro, \*\*\* & Wicelio, \*\*\*\* Viris pietatis, moderationis ac doctrinae laude illustribus, de componendis fidei controuerssi serio cogitauit, idemque negotium ad Augustana Comitia perduxisset, ni placida morte ex turbis ac contentionibus ad perfectam quietem euocatus fuisset optimus Princeps, in Iure suo aduersus Pontifices propugnando ad ultimum spiritum constans & obsfimatus.

\* Ipse Ferdinandus I. Augustus perscripta ad Georgium Wicelium Epistola, sui munera Imperatorii esse pronunciavit, curare rem religionis, gravibus verbis scribens: *Cum igitur nobis iuxta IMPERATORI CATHOLICO, pro ratione diuinatus nobis commissi munera incumbat; sedulo curare, ne fideles subditi nostri &c.* Inde, Summarii doctrinae Christianae compilationem mandat, quod Methodum esse vult, *ad quam Parochi & concionatores in regnis ac Provinciis Austris existentes, doctrinam suam tanquam ad regulam dirigant atque accommodent.* Adiecta est haec Epistola, cum alia Maximiliani I. ad Eundem, Libellis de Sacris nostris temporis controvensis Cassandri & Wicelii cura Hermanni Conringii Helmstadii 1659. 4. editis p. 383. Iisdem plane verbis & Georgio Cassandro rescriptis p. 206. laudatae Collectionis Conringianae. P. 207. proscenit, eam sollicitudinem postulare extremam Regnorum ac dominiorum suorum necessitatem.

\*\* id quod inter Vindicias Maximiliani II. iusto loco comprobabo.

\*\*\* THYANVS Lib. XXXVI. p. 286. ubi & Caesaris circa Sacra Vindicias more suo graueriter recenset & laudat. Addo ipsas Augusti Epistolas & Cassandri Responsorias a CONRINGIO digestas.

\*\*\*\* Inspice Epistolas Ferdinandi apud CONRINGIVM 4. & editorisque summi Dedicationem Libellorum Ernesto Augusto Brunsi. Duci factam p. 101. seqq.

CAPUT

## CAPVT TERTIVM

VINDICIAE IURIS IMPERATORII ADVERSVS EPISCOPOS ROM. A MAXIMILIANO  
II. FACTAE.

## I.

**M**AXIMILIANVS II. aequis moderatissimusque Princeps, a Pontificib⁹ non vna vice pro Haeretico habitus, \* vestigiis paternis rata prudentiae ac constantiae laude insistens, quas Paren⁹ Augustus cooperat Iuris Imperatorii Vindicias strenue continuatas non perfecit solum, sed excellentissim⁹ Imperii Iuribus magna Curiae Romanae cum indignatione robur ac firmamentum addidit.

\* SARPIVS L. IV. p. 479. L. V. p. 483.

## II.

Sub Imperii primordia Romanorum Rex legitime coronatus, suae Elec̄tionis Confirmationem a Pio IV. petere deq̄ue Obedientia per Legatos Iusurandum p̄aeſtare recusabat; Eam Legationem demisse humiliterque factam, sibi pariter ac successoribus fraudi futuram prudenter existimabat. \* Perterritus h̄ac virtute Pius vindici statim cessit, factō de Imperio silentio, ut saltim Hungariae ac Bohemiae Regnorum nomine, Obedientiam iuraret, postulabat. Cum tamen nec hoc constans Princeps fallaciarumque Papalium probe conscius admitteret, Pontifex huius rei omnis arbitrium Ferdinand⁹ Imp. permisit, qui tandem permouit Filium, ut literis No-nis Februario 1564. ad Pium IV. datis, habitaque per H̄elsensteiniū Legatum suum Oratione summa cautione scripta, amorem & reverentiam, obseruantiam & obsequium \*\* promitteret, cum antecedentes Augusti de Obedientia fidem dedissent.

\* Negotii huīs maxime memorabilis seriem accurate tradit PAVILLVS SARPIVS L. VIII. p. 809, cuius verba quæsta quando ad manus est Commentarius, studios⁹ perquirere, sunt enim in hoc argumēto plane egregia. Ex iis quæ, permultis suo loco relictis adpono animum Maximiliani II. heroic⁹ agnosce. Ita fidus Historicus p. 809. Non putauit ad exemplarū aliorū Imperatorū & Regum, quos nulla premebat difficultas, sibi ad voluntatem Papæ quidū promittendum ac iurandum sed ratione habita Principum & ceterorum Germaniae Pro-tectorum, ne ip̄s ul̄o offendiceret, voluit sibi prius declarari, quibus verbis stendum. Ea re in Cardinalium consultatione posita, decreuerunt illi, postulandum ei Elec̄tionis confirmationem, & in obedientiam Sedis Apoſtolicā ad exemplarū omnium aliorū Imperatorū iurandum. Quibus

bus respondit falsos illos fuisse, se vero nunquam in aliquid consenserum, quod fraudi futurum sit successoribus fuisse, sicut nunc decessorum suorum actiones ad suum praetudicium trahuntur, cum id non aliud sit, quam se *Vafalum* profiteri. Mandat itaque ut orator suas his verbis utatur: *Misericordiam eius omnem reverentiam, devotionem & obsequium Sandicitati eius & Sedi Apostolicae praefixuram: ac promittere, se sanctam fidem Catholicam non solum salvam conservaturam, verum etiam quantum poterit amplificaturam.* Exits controversiae talis erat Pontifex obedientiam accipiebat, quam non promittebat Legatus confirmationem Electionis dabat, quae non peita fuit. Addit sarpivs: *Atque hanc ceremonia parum ex sententia animi Pontificis, minus etiam ad mentem Collegii Cardinalium est peralla.*

\*<sup>44</sup> PALLAVICINVS Lib. XXII. c. VI. equidem Sarpii candorem aegre fert, cumque rei veritatem negare non potuerit, obsequio vocabulum fugilac; putans idem tonare ac *obedientiam*. Quae tamen Interpretatio plane contra mentem Imperatoris est satisque iam ab IO. SCHILTE RO de L. E. G. L. VII. Cap. X. s. X. p. 1053. confutata.

## III.

In tuendis circa *Sacra Iuribus Parenti* pene similis. \* Ad sententias enim Cassandri & Wicelii studiose requisitas, in Conventu Ordinum Imperii publico, Augustanis cumprimis Anni 1566. Comitis de Religionis Concordia, spretis Pii V. minis, \*\* egisset, nisi temporum iniquitas, bellicque Turcici incommoda, optima consilia disturbassent. \*\*\*

\* Conf. s. VI. Sup. Cap.

\*\* THYANVS Lib. XXXIX. p. 372. grauissime exponit, quan male Plinius Caesaris consilia habuerint; quaeque mandata Io. Francisco Commendono, & Marco Sisticio Altempio Purpuratis in his Comitiis agentibus, dederit, quorum vis eo redit: *Si religionis negotiis in Comitiis deduceretur, ipse suo nomine publice protestaretur & Pontificem in cunctis qui aderant, tam seculareis, quos vocant, quam ecclesiasticos principes diuinis coniurae gladium & strigilium interminaretur, & contra Caesarem in primis, quem & imperio ac regnis & ditionibus, successoribus & iuribus quae in Hispanias regnis ei competebant, priuaturus esset.* Cumque Commendonus vir moderatus & prudens, veritus, ne ex protestatione magis animi exasperentur, imprudentia Heri sui mandata neglexisset: non cessabat tamen Pontifex Caesarem imperio per Commendonum monere, ne quid tale in deliberationem in comitiis deducit in posterum patetur.

\*\*\* THYANVS L. exc.

## IV.

Quin Anno 1568. de dignitatis Praerogativa inter Alphonsum Ferrariensem & Cosinum Florentinum Duces, diu ante agita-

ta

ta contentio renouata esset, eiusdemque cognitionem ad se pertrahere vellet Pius V. Pontifex; Maximilianus II. Augustorum *Ius circa Dignitates Controversiasque de Praedria illisfrum more maiorum* afferuit. Nec enim Pontifici callidissime non ut Caesari, sed tanquam arbitro caussae huius tractationem ea lege, ut infra certum tempus eam cognoscere & iuris ratione diuidaret, permittenti, concescit, sed acceptis Pontificis litteris in iustam indignationem exarsit, quod &c in sententia ferenda modus & conditio praescriberetur, nec sibi caussae ad se & Imperatorum tribunal vere pertinentis libera cognitio permitteretur. Licet autem Maximilianus sententiam pronunciando, uti suo iure poterat, interduos tamen sororios Iudex sedens, cum neutri molestiam facere vellet, rem de die in diem ducebat & diffidium hoc amice componi exoptabat. \* Ast cum Pontifex emissio An. 1569 VI. Kalend. Sept. Diplomatica, \*\* Cosmam Magnum Etriae Ducem crearet, regaque cum insuper Corona donaret, saeculum hoc Caesari grauisimum fuit, quod ad illius & Imperii hanc dubiam iniuriam pertinere existimatetur. Itaque cum Cosmus, Romam ut solemnni ritu inauguraretur venisset, Caesar per Oratores suos intercessit, protestatione facta, quam & scriptis comprehendit, additis ministris Pontifex ulterius in Imperii Iura inuaderet. Pius, natura sua morose pertinax equidem per Io. Franciscum Commendonum Cardinalem approbare factum, diuersisque collatarum a Pontificibus dignitatum illustrium exemplis, \*\*\* Ius suum tueri conabatur; Florentinam Rem publicam liberi Iuris esse, neque ad Imperium pertinere, ex opinione Cosmi adiungebat, Caesari tandem bellum minatus; Maximilianus constans contra apud Gregorium XIII. instabat, ut defensoris sui decretum induceret, & totum hoc negotium sibi in cuius side Etruria esset relinqueret, sic enim fore, ne & Cosmo satisfiat & Ius Imperio suum seruetur, nam aut eo titulo, aut alio qui illi aequi pondereret libenter gratificaturum. Tandem ergo Cosmus a Caesare citatus tanquam Imperii Beneficiarius, per Procuratores prolatis instrumentis & rationibus in medium propositis coram competente in hac Caussa Iudice se defendere coactus fuit, \*\*\*\* cuius filio Francisco Imperatoris sororem in matrimonio habenti, post repetita Io. Baptista Concini Legati preces, in Comitiis Ratisbo-

nensibus An. 1574. demum, Magni Duci titulum tanquam Imperii Beneficiario † dato eam ad rem amplissimo Diplomate, quod Iuris Augusti testimonium fert, attribuit, nullo tempore his in causa similibusque Pontifici quicquam concessurus. ††

\* IAC. AVG. THVANI illustri Historici potissimum filio vior deliberato consilio, quum summus Vir paucis verbis, grauem hanc caussam exposuerit. Adhuc *Historiar. Lib. XLIV.* p. 541.

\*\* Diplomaticis arroganter scripti summa capita exhibet THVANVS *Lib. XLVI.* p. 614.

\*\*\* Ea expende apud THVANVM *l. ext.*

\*\*\*\* THVANVS *Lib. LIV.* p. 888.

† IDEM *Lib. LX.* p. 83. Conrad Samuel SCHYRZFLEISCHIUS de Diuifone Imperii Carolini p. 915. b. Op.

†† Antium Anguli prodidit PETRVS IVSTINIANVS, Patricius Venetus, Historiae Venetae *Lib. XV.* p. 328. Edit. Argentinae p. 328. Suas partes esse, non Pontificis, similes honoris praerogativa concedere, quod Caesaream dignitatem aliquo modo tangere. Aduinge NATALEM COMITEM Venetum, *Lib. XXI.* *Historiarum* p. 455. Libroque cumprimitis *XXVI.* p. 587. seqq. fuse haec recentem, uti Decretum graue per Vice-Cancellarium Oratori Etrusco dedit, in quo haec memoranda verba: ac proinde rebac cum Sacri Imperii Principibus Elektoribus in maturam deliberationem adducta decreuit ipsi Illusterrimo Duci Florentiae CONFERRE TITULVM MAGNI DVCIS in Hatriuria corrum locorum que immediate ibidem, neque alteri cuiquam subiecta sunt, in eadem forma & sub iisdem clausulis, que illusterrissimi Alexandri de Medicis a Diuo olim Imperatore Carolo V. Augustae memorias in Ducem creati unctione continentur. Ita tamen quod huiusmodi concessio Caesareae Maestatis suae Sacrique Imperii accusuacunque alterius Iuribus prædicare minime debeat. Inde fuse Natalis reliqua ad hanc caussam pertinientia adicit, quae singula Imperatorum Iuris sui tenacem ostendunt. Quod & litteris ad Carolum IX. Galliarum Regem, ut suo in Aula Caesarea Oratori prior ante Hispaniarum Regem locus concederetur, pentem; ad sententiam hac in causa a Pontifice latam pronocantein, aperte declarauit apud LVNIGVM Literis Procerum Europae Part. I. Epist. VI. p. 15. Nonuit tamen Serenitas Vefra, ea, quae Sanditatis sua in Curia sua de rebus eiusmodi profanis flatuere & praescribere solet, ad Nos nihil pertinere: Neque enim credimus, animum Sanditatis suas unquam fuisse, vel adhuc esse, quod Nos, instar nudi Executoris, debeamus eiusmodi decreta & constitutiones Sanditatis suae executioni mandare. Nam quemadmodum Nobis videtur, non aequum est; Nos indifferenter in omnibus rebus, in quibus Sanditatis sua se indicem constituit, simpliciter & absque omni, sive iudiciali, sive extra iudiciali cognitione, iudicium & voluntatem Sanditatis suae sequi.

CAPVT

VINDICIAE IVRIS IMPERATORII ADVER-  
SUS EPISCOPOS ROMANOS A RVDOL-  
PHO II. ET MATTHIA FACTAE.

**R**VDOLPHI II. & ingenii, & aulae, ac Imperii, ea condi-  
tio erat, quae vindicandis Augustis Iuribus parum accommo-  
data videbatur. Quando tamen occasio ipsi data est, quantum po-  
tuit, fecit. A Principio Imperii siquidem Gregorio XIII. Obedi-  
entiam denegauit. \* Anno deinde 1587: cum Sixto V, homine  
maxime imperioso commissus, turbatam sibi in quasdam Germa-  
niae Ecclesiis Iurisdictionem, facultatemque conferendi officia & ho-  
nores Ecclesiasticos, ipsi exprobrauit; Ius adhaec constitundi Praefectum  
Urbi Romae, ad tempora Sixti IV. Imp. seruatum, atque  
Gregorio XIII. viuente iam repetitum, Electoribus Principibus has  
Vindicias diligentissime promouentibus, reuocauit, \*\* negotium  
hoc molestum, Pontificis feroci & arrogantis minas nihil veritus,  
confecturus omnino, ni temporum infelicitas, Aulaeque rationes  
& Germaniae turbatae, fortunata haec initia impedita reddidissent.

\* SIMONI SCHARDIO has Vindicias deboeo, de quibus grauissimi scri-  
ptores magno studio a me perquisiti, plane silent. Libello is sae-  
pius laudato de perfidia Pontificum erga Imp. p. 181. ANONYMVM  
Commentationis de Causa Coloniensi scriptorem citat, testem oculatum  
& omni exceptione maiorem eiusque verba adponit, quorum partem  
meam facio. Misera Rudolphus II. Legatos Romanam Flacchium Prin-  
cipem, Ordinis Iohannitarum in Germania summum Magistrum, &  
Hieronymum Tannerum, Consilarium. Pontifex capiebat ab Impera-  
tore sibi obedientiam praefarsi. Legati, plus quam in mandatis habebant,  
facere recusabant. Mandata autem erant huiusmodi, ut Pontifici obse-  
quium vel reverentiam. Ecclesiae vero obedientiam pollicerentur. Misae  
sunt ad Imperatorum bat de re littere: interim acriter pugnandum fuit  
Tannero cum Cardinalibus, qui, ut eum in suam sententiam adduce-  
rent, vehementer laborabant: sed in nihil commoventur. Tandem usque  
dum ab Imperatore obtineri posset, ut ab ea forma verborum discederet,  
quam optimi & laudissimi Casares, Ferdinandus aius, & Maximili-  
anus Pater, secuti erant, fecit, quod insissum fuit, & in publico Cardi-  
nalium confessi, Pontifici Obsequium, Ecclesiae vero Obedientiam promis-  
tebat: Et in tota ista actione non tantum doctrinam, & prudentiam,  
sed mirificam quoque animi constans declarabat. Visu est hac multis

34 RATIO VINDICIAE IURIS IMPERATORII ADVERSVS

eo tempore in Urbe ridicula contentio, cum hac ipsa obsequii & obedientiae vocabula non ita multum dispareant. Sed Pontifex optime intellegebat, quantum saepe parvus in rebus momenti esset, qui tantopere de isto obedientiae vocabulo nitiebatur.

\*\*\* GREGORIVS LRTI Commentario de Vita Sixti V. italicice primum exarato, Lipsiaeque in veraquam translato L. XI. p. 451. seq. haec memorat, GANZIVM Italum, libello de Statu Romae sub Sixto V. italicice scripto, sine dubio fecitus. Cuius scriptionem, aliasque teltis Gregorio Leti fide magis digni, frustra suffragationem exquisiu.

II.

Ioanne Georgio Brandenburgico & Carolo Lotharingo Purpurato, Episcopo Metensi, de Episcopatu Argentoratensi contenditibus, Iure suo per Paetum Henrici V. cum Calixto II. a. 1122. reseruato, vsi, \* auctoritatem in causa Electionis huius Episcopalis controversae, demonstrauit, perque faciem, ut coram delegatis a se iudicibus agerent mandauit; \*\* cumque res per arbitros componi haud posset, decretum, ut quaecunque vel voce vel scripto acta essent, ad Caesarem transmittenetur eiusque auctoritati permitterentur, nihilque tam in sacra, quam ciuili administratione nouaretur. \*\*\*

\* Quo, si in eligendo partes fierent Imperatori de controversia pronunciandi, ac Episcopum quem voluerit, ex primatum suorum consilio, pondendi potestas relicta ac confirmata fuisset. Adhibe OTTONEM Friburgensem de Gesli Friderici Barbarossa L. II. c. VI.

\*\* THUANVS Lib. CIP. p. 269.

\*\*\* IDEM Lib. CV. p. 283. DAVID CHYTRA EVS SAXONIA Lib. XXIX. p. 863. ex quo sua habet Thuanus.

III.

Tus decernendi in Religione, contra nitentibus Leopoldo & Carolo Archiducibus Passauii & Vratislaviae Praefulibus, Papali Legato, Clelio Purpurato, more, maiorum seruauit, concessu An. 1609. Bohemis, Silesiis, Lusatii, Diplomate (Literas Maiestatis vocant) quo liberum confessionis suae exercitium, facultatem tempora aedificandi, Consistorium inferius & Academiam Pragensem ipsis tribuebat; Literasque quasuis in contrarium eo usque editas abrogabat, ac in futurum contrarias isti Privilgio, non dandas, et si quae a se vel suis successoribus darentur, cassas nullasque, nec recipi-

cipiendas decernens, nulliusque sive Ecclesiastici, sive Politici statutis personae contradictionem obesse unquam debere mandans. \*

\* PAVLVM PIASECIVM Episcopum Praemisientem, grauem virum ita sensum Literarum Maiestatis experimentem, deliberato consilio sequot. Confer eius *Chronicae p. 312.* Diplomata muli Scriptores servant, adhuc modo MEYERYLondorp. *Suppl. Tom. I. p. 425.* corev<sup>s</sup> IVIS LVSATICI *Tit. V. p. 488.*

IV.

MATTHIAS, quae Pontifici adhuc fecit ad Ius circa Sacra pertinente. Nondum Imperator factus, Austriae Proceribus firmata Transactione An. 1609. emendatae religionis cultum in arcibus, pagis & castris, ut &c. in urbanis aedibus pro se & suis permisit, quamuis Leopoldus ArchiDux Passianensis Episcopus, Pontificis Nuncius Melinus, Forgaschius Purpuratus, & Viennenium Praeful, Pontifici eiusdemque iuribus addicti, grauiissime contradicserent. \*\* Extorto fratri Bohemiae regno, An. 1611. Maiestatis Litteras ac Decreta Comitiorum super Religionis usu, Iure Patronatus, Fructibus cuiusque Ecclesiae, Sepulturis morientium, confirmauit; \*\*\* quantum caussarum disceptationem ab Imperatore factam Aula Romana non sine summo dolore cognoscebat. Quae consilia, dum Archidaces Austriae ac Purpurati Patres de Proedria An. 1617. contenderent, agitauerit, plene mihi haud constant, aliisque expendenda relinquo. \*\*\*\*

\* Compara Supplementum Saxoniae Chytraci p. 141. cum plemis p. 150. ubi capita Transactionis referuntur, cuius plenam ut vocant Formam in Archivo Imperii Amplissimi LVN 10 11 Cont. II. p. 76. perquiras.

\*\* PIASECIVS *Chronicae p. 312.*

\*\*\* Compara LYNGIUS *Europaeisbe Staats- Consilia Tom. I. n. CL. p. 967.* 969.

CAPUT QVINTVM:  
VINDICIAE IURIS IMPERATORII ADVERSVS EPISCOP. ROM. A FERDINANDIS  
II. ET III. FACTAE.

I.

FERDINANDVM II. inter Vindices Augusti Iuris contra Pontifices referri, ne mirari subeat. Etsi enim a prima aetate in manibus Mariae Annae Boiaricæ matris, obsequio erga Pontificem:

**56 EATON VINDICIAE IURIS IMPERATORII ADVERSVS**

cem seruidac, educatus, talem quod doctrinas fidei Romanae eiusdemque incrementa attinet, omni vita sequelerit, ut Austriacarum Provinciarum Apostoli, aut Apostolici Imperatoris cognomento celebraretur; \* in ipsa tamen Imperii administratione varia perfecit, quae Pontificibus eius potentiam aegre ferentibus \*\* incommoda acciderunt.

\* **G**VILIELMVS LAMORMAINVS virtutum Ferdinandi II. praeceo p. 354. libelli sui. Peruviae quaeſo acta & scripta CAROLI CARAEFAE Germaniae Sacrae reſtituatae subiecta.

\*\* Quod ex Scriptoribus Italis satis comprobatio**bvs** LVDOLFVS Schaubühne ad An. 1632. Cap. I. p. 81. n. 8. 9. Add. AVCTOR magnae dignationis, dans Remarques Nouvelles sur un Bref du Pape in Actis Erud. Germ. Lipf. Tom. III. p. 65. 66. not.

II.

Quorsum refero Melchioris Cleselii Cardinalis E. R. & Episcopi Viennensis Captiuitatem ignominiosam, suo ArchiDucisque Maximiliani iussu An. 1618, nullo Paulli V. consensu prius quæſito factam, \* neglectisque de eiusdem liberatione monitis & postulationibus continuatam. Quamvis autem postea Gregorio XV. ut Romam examinandum indicandumque perduceret, concessit, \*\* eo id tamen solum animo fecit Ferdinandus, ut Virum consiliis suis aduerſum Germania tandem excluderet.

\* Rubeum Cardinalitium vestitum, ita IVELENTE DÓMO AVSTRIACA deponeſre nigrique coloris vulgarem adsumere cogebatur. Adhibe PIASECIVS v. M ad an. 1618. p. 311.

\*\* PIASECIVS p. 366.

III.

Pace Pragensi Anno 1635. cum Saxoniae Electore inita, Catholicorum in Germania rebus amplissime quidem proſpiciebat; hac tamen parte Pontifici parum acceptis, quod maiorum exemplo circa Bona Ecclesiastica disponeret, eorumque Possessionem ad vigorēm Transactionis Passauiensis Protestantibus relinqueret, post ea vero tempora occupata, ad tempus certasque Leges iisdem conformatret. \*

\* Adhibe Instrumentum Pacis huius Art. I. in Corpore Recessuum Imperii p. 1019. (Edit. nouiss.)

IV.

Iurisdictionem in ArchiEpiscoporum & Episcoporum Germaniae

EPISCOPOS ROM. A FERDINANDIS II. ET III. FACTAE.

niae Personas, antiquis temporibus a Pontificibus callide quaestam P-  
atoque Henricum V. inter & Calixtum II. a. 1122. firmata, \* Ca-  
ptinatus \*\* Philippi Christophori a Soter Electoris & ArchiEpi-  
scopi Treuorum Spiraeque Nemetum Praesul, An. 1635. non le-  
uiter conturbavit. Nulla enim Pontificis venia, sede sua ereptum,  
Viennae non solum custodia tenuit, sed quaestione etiam de rebus  
ipsius constituit, \*\*\* deque abrogando plene Electore ac ArchiEpi-  
scopo cogitauit. \*\*\*\* Qua quidem re grauis in Principem nihil  
tale merentem, summaque Electorum Principum ac Imperii iura  
fuit, insignis tamen quod ad Pontificem, veteris in Episcopos pote-  
statis vindex exxitit.

\* B. G. STRV VII excellentissimi Viri, SYNTAGMA Iuris Publici Diff. VIII.  
§. IX. p. 379.

\*\* PIASECIVS ad an. 1635. p. 482.

\*\*\* Capita consiliorum Imperatori aduersorum, in chartis Electoris inqui-  
tione facta, repertorum perque Caesareos vulgarorum, vide apud LOND-  
ORIUM Adis P. Tomo IV. p. 582. & LUDOLFVM Schaubühne ad An.  
1636. c. II. n. 65. De quorum fide eti non plene constet, patet tamen ex-  
inde, causam ArchiEpscopi Viennae perquisitam fuisse.

\*\*\*\* Teseum habeo PIASECIVM p. 489. qui simul omnium optime Vindi-  
cias Imperatoris exprimit. Valuerat, scribit, Imperator, ut Elektor ille Tre-  
verensis iudicaretur & ex auctoritate, quo alius ipsi interim sufficeretur, ad  
esseque posset Elezioni Regis Romanorum in eundem Comitatu. Verum Elec-  
tores tam difficultem censoriam potestatem assumere recusabant; praesertim con-  
tra ELECTOREM ECCLESIASTICVM, cuius PERSONAM primus apud sum-  
mum Pontificem Romanum accusari, eiusque mandato CAPI IUDICARIQUE  
DECIVISSET.

V.

FERDINANDVS III. vocatis in consilium Norbergae Anno 1640.  
& Ratisbonae An. 1641. Electorum Principum Imperique Statu-  
rum legatis Concordatarum Nationis Germanicae contra Aulae Ro-  
manae corruptelas tutelam egit seque Pontifici, praeterito illustris-  
simi Hermanno Ottone Comite Nassoueo. Hadamarensi, ab Im-  
peratore commendaro, Italo cuidam, vacante Tulensem in Lotha-  
ringia Episcopatum, Treuirense ArchiEpscopo suffraganeum, defer-  
re inuria molienti, opposuit.\*

\* Indicat has Vindicias Caesareae Maiestatis decretum Imperii Legatis com-  
municatum, quod in LONDORIUM Adis Publicis Tom. IV. n. CXLI. p.  
567. reperitur.

IV. 13

H

V. Pa-

## VI.

Pace vero numinis beneficio Osnabrugae apud Westphalos d. XXIV. Octobr. 1648. sancta, prudens Imperator cumulum Vindictarum aduersus Pontificem uno tempore dedit, iis, imperio ipsum praecedentes, superaturus, certe aequaturus. Enim uero legge haec sanctissima, *Transationem Passauensem ac Pacem Religionis*, quas summe exosias habuerat Roma, confirmavit,\* & Grauassimis statum abolitis atque declaratis, amplificauit; *Reformationem Religionem* in Imperium recepit\*\* *Bona Ecclesiastica* a Protestantibus possessa iisdem confirmavit & amplissima alia seculo prius addicta in praemium dedit.\*\*\* Ius Annatarum, Pallii, Confirmationum, Mensum Papatum in Episcopatus Protestantium abrogauit, Pontifici opima emolumenta extorsit, Reseruatum denique Ecclesiasticum ad emendatae Religionis Episcopos extendit. † Fulgorantem ac tonantem vidisses Pontificem ni temporum felicitas eum perturbasset. His igitur angustis in Protestatione †† remedium & alleuamentum quaefuit Pontifex, quam tamen Imperator & Status pro suo in Germaniam & Italiam ipsumque Pontificem supremo domino, iam nullam & irritam decreuerant, †† contrariaque quod in rebus controversis alias vnu venit, obnunciatione plane indignam.

\* INSTRUMENTVM PACIS, Palladium Germaniae Art. V. §. I.

\*\* I. P. Art. VII.

\*\*\* I. P. Art. X. XI. XII. XIII. XVI.

\*\*\*\* I. P. Art. V. §. V.

† Art. V. §. V. & §. XXXVIII.

†† Quam signatae pacis die summa temeritate interposuit Fabius Chigius Legatus Pontificis quam inter LONDORIUM Acta Tomo VI. p. 423. reperies. Insulta vero & infrunita Innocentii X. Declaratio Nullitatis articulorum superae Pacis Germaniae, religioni Catholicae, Sedis Apostoliticae, Ecclesiae, aliisque locis pia, ac personis & iuribus Ecclesiasticis quomodo libes praejudicialium. Extracaput euadem LONDORIUM Tom. VI. p. 423.

††† Art. V. §. I. Cuncti interque hos Pontifici, subditio Imperatoris, omnis obnuncandi facultas admittitur verbis: *Non attenta cuimini seu Ecclesiastici, seu Politici, intra vel extra Imperium, quounque tempore interposita contradictione vel protestatione, quae omnes inanes & nihil, vigore horum declarantur. Articulo vero XVII. §. 3. maiori adparatu excitatis omnibus generis cauilonibus exceptionibusque, nisdemque pro nullis declaratis, omnibus siue Clerico siue Laici fuerint, poena, fractie pacis, si quid contra hanc pacem agere tentauerint, denunciatur. Quod ad Pontificem, simul pertinet.*

H CAPVT

CAPVT SEXTVM  
VINDICIAE IVRIS IMPERATORII ADVERSVS  
EPISCOPOS ROMANOS SVB LEOPOL-  
DO M. FACTAE.

I.

LEOPOLDI M. Imperium per quadraginta septem annos continuatum, magnisque rebus memorabile, rariores Iuris Augusti Vindicias praebet. Cuius rei causas siue continua difficultibusque bellis, siue summo faveri in ordinis Ecclesiastici viros per educationis artes procurato, tribuas, mihi perinde est. Id a Tua benignitate *Lector Gratioso* obnixe peto, quando in referendis recentiorum temporum vindicis sterilem me ac parcum deprehendes, meae id negligenteria haut tribuas, sed temporis angustiae, quae tot libellorum chartarumque fugitiuarum, quae harum Vindiciarum indicia suppeditant, evolutionem mihi non permisit, adscribas; faciam, si Deus temporis opportunitatem & vires concederet, ut Tu conspectui haec Vindiciae subiiciantur & locupletiores & magis limatae.

II.

Primas sui Iuris Vindicias cum maioribus Leopoldus communes habuit, dum Pontifici Legati Obedientiae missionem denegaret. Confirmationemque Imperii Papalem prudenti consilio omitteret.\* Equidem si Fontanino fides est adhibenda, \*\* Imperator per Cardinalem de Hasia Legatum suum, modeste admodum ab Alexandre VII. petuit, ut sine Legationis, pompa & impensa ingentis, necessitate, suam electionem confirmare dignaretur. Cum autem Pontifex auctoritatis sua detimentum metuens, Diploma confirmationis negasset, Leopoldus Ferdinandi I. exemplo, re & opere Imperatorem Augustum nulla amplius expedita confirmatione se gessit; \*\*\* Reliquiasque adhaec summi circa Sacra Iuris Primariis Precibus absque induit Pontificis valide directis, \*\*\*\* grauiter conseruauit.

\* Has Vindicias a Vitae Leopoldinae Scriptoribus plane non memoratas, debet aduersario dignitatis augustae CONRADO OLIGENIO, sub cuius Persona IVSTVS FONTANINVS, Foroiuliensis, later, eruditissimus, si partium studia excipias, Vir, *Diss. de Primariis Precibus Imperialibus (Edit. Friburg.)* §. LXX.  
p. 157. 165.

\*\* p. 158. 160.

\*\*\* Quod ipse Iuris Pontificij defensor FONTANINI dissimulare non potest; Perpende sensum p. 165.

\*\*\*\* Hoc quidem magnopere negat FONTANINVS, cuius rationes parum firmas, veritatemque per Augusta Diplomata declaratae, plane contrarias, coniurauit celeberrimus Vitembergenium Iureconsultus MICHAEL HENRICVS GRIEBNERVS eleganti Dissertatione de Primariis Precibus Imperialibus sine Pontificis inducta validis Lipsie 1707. habita, §. XII. p. 18. 19.

## III.

Quum An. 1677. Nuncius Pontificis Coloniae, Germanorum illa Roma, sedens, more suo & ad Officii\* leges, Iurisdictionis Ecclesiasticae limites impudenter excederet; Imperique Summa Fo-rra turbans Gerardum Rensingium Doctorem, in causa debiti ab Officii Electoris Colonensis Iudicem seculariem ex consuetudine Imperii agente, lata sententia grauatum, Appellatione legitime interpo- sita ad Camerale Iudicium competens immediateque superius prouo- cantem, inaudito exemplo banni fulmine feriret, Augustus tanta gra- uitate effrenatae libidini obicem posuit, ut vel hoc uno arguento animi magnitudinem, tuendique Iuris sui voluntatem praedclare com- monstrauerit. \*\*

\* Quod iuxta c. 2. de Officio Legati in 6. est: *cuellere, diffipare, aedificare & planare.*

\*\* Dignum omnino Augusti mandatum, quod plena hic forma exter, seruat illud Excell. BOEHMERT *Ius Eccles. Protst. Tomo I. L. I. Tit. XXX. §. XVII.* p. 703. seqq. qui & more suo egregie illud illustrauit. Liceat mihi particulas quasdam animi iurisque Imperiorum testes, adponere. Sic enim p. 705. Leopoldus ad Maximilianum Henricum Electorem Colonensem, Capitulum Colonense, Administratos Electorales Senatum Urbis Coloniae, postquam Iura Imperii cauissimum Rensingii exposuisset, scribit: *Dass gleichwohl resuscitando in istissimam Statuum querelam, dar in des Heil-Reichs-Stadt Cölln, residirande Päbliche Nuncius, oder dessen seither ausgewichener Auditor sich angemahlt contra expressum textum Novissimi Recusus Imperii ein cassatorium mandatum sothonar gebührend vorgenommener Appellation gegen ermittelten Doctorem Rensing sub comminatione excommunicationis zu decretiren und auszulassen, auch folgends in denselben aus praecoccupirten Eyer mit der im Reich erschöpften aergerlichen unbesiegten Excommunication zu decretiren, und durch eine grosse Anzahl von ihm unterseigels und subscrivirten Chartae quen in conspectum eines so vornehmen Churfürsten des Reichs bin und wieder in ciuitate Imperii zu Cölln offizieren und anschlagen zu lassen, sich erkubinet, und solches aus keinem andern*

andern Praetexte, oder vorscheinenden Motivo, als daß besagter Doctor Renfing ad Laticum Tribunal nostrat Imperialis Camerae sich gewendet. Et paucis interieulis: VVann aber einen solchen fremden Dominatum in Civil- und VVeltlichen Sachen im Reich Teutscher Nation einzuführen und desselben getreue und geborsame Unterthanen, und allerhand Inconuenientien, auch ewigen bösen Nachhang gereiche, wie durch die erkührte Avocation ab hoc Imperialis Iudicis zuforderß unsre Kaiserliche Hoheit entzogen und benommen, und gleichwie keine Avocation Platz habe nisi ab inferiore ad superiore: Also dieses unser Kayserlich und des Heil. Reichs Cammer-Gericht einem Päbtl. Nuntio nicht keeme unterworfen werden, sodann durch die in auditio in Germania exemplo salminirte Excommunication Ew. Liebden und in consequentiam aller anderer Erz- und Bischoffen in deren anvertrauten Bistümern conspetende Iura primariarum infantiarum: bochlich verletzt und infringirt, zumahlen aber per indurationem prætensis ipsius poenae seu censuræ ecclesiasticae des Reichs Freyheit, Recht und Gerechtigkeit von Tag zu Tag mehr und mehr geschmaelerst und geschwaechet würdene. Inde Electorem ad vindicanda sua Iura excitat, grauiterque facinus Papalis Nuncii describit, vocans: Ein abscheulich Exempel; ungewöhnliche Extremitäeten, höchst præcuditirliche Excommunication, tandem sub poena viginti Marcarum auri puri mandat: kraeftiglich daran zu seyn, damit des Reichs Teutscher Nation bergebrachte Freyheit, Recht und Gerechtigkeit unabrußig conserviri und erhalten, und die Unterthanen mit geistlichen Censuren von ansändischen Richtern nicht beschäveret werden, vt bannum eiusque contra Renfingium effectus ex officio nobili nulli ac irriū declaretur iubet, subiungens: in allen VVegen die von dem Nuncio darüber austassende Procesus, Inhibitiones, Rescripta und Mandata bindern, dieselbe verbrennen, nicht achten, noch annehmen sollt.

## I.V.

Nullo tamen Imperii sui tempore Leopoldus Episcopum Romamque terruit magis, quam cum An. 1697. Capitulationis Caecareae Sacramento firmatae leges fecutus, in Vrbe ipfa facie que Pontificis, Edictis publice propositis Vrbes & terras Status Romanis, ab Imperio auifas, interque has Comacchium in primis reperieret.\*

\* Leopoldum has Vindicias Iuris Auguſti in Terras Pontificias, animose pateſte, testem habeo omni exceptione maiorem FRANCISCV M. FRI- DERICVM L.B. & Nobilem Dominum ab ANDLERN, Consilium Imperiale Aulicum, intimae apud Leopoldum admissionis, causisque Italeis, & his Vindiciis adhibitum, fide ergo quam maxime dignum. Is Infrisprudentia Publica & Privata, Editionis iteratae ac locupletioris.

Campidonae in sol. 1699. impressae, Lib. I. Tit. V. Parte VI. p. 149. n. 11.  
 ita scribit: Agnoscit & Imperium Siena Cinius quam sub Feudi Imperialie  
 nomine *Dux Florentinus a Rege Hispanias recognoscit*, Item Plumbinum,  
*Orbitalium & COMACCHIVM ad Mare Hadriticum & quae sunt plura*  
*alia Feuda in Italia & in ipso STAVY ROMANO, quae ab Imperio adhuc*  
*Feudi titulo dependent, Salut nouissime Princeps Savelli petit renouationem*  
*Inneficiarum super Ciniate Albani. & denominando quoque Aritiam, Arti-*  
*gnano, Pontiano & Elaciano &c. Garpina in ROMANIA, Rigatti, Anguila-*  
*tara, Lamendana in AGRO ROMANO &c. Ascoli in MARCA PONTIFICA; PRO*  
*QVIBVS RECVPERANDIS IVXTA CAPITULATIONEM NIHIL INTERMITTI-*  
*TVR. Eam vero Imperatoris firmam fuisse voluntatem, Idem summus*  
*Vir, comprobatur, dum sub fine Commentarii sui, Editionis secundae*  
*Iocupletioris, EDICTA Leopoldi adnecit, Roma adixa, quibus obliga-*  
*cum se firmiter agnoscit Leopoldus. Non conservare tantum, sed etiam*  
*RECVPERARE quae ad Diuos Praedecessores nostros Romanorum Imperato-*  
*res & Reges, atque modo ad nos atque Imperium spectant, sano & mato*  
*Tribunalis nostri Imperialis. Autem accidente consilio, iniustos DETENTORES*  
*ET VSVPATORES INDE REMOVENDOS ESSE RESOLVIMVS. Cumque Curia*  
*Romania Vindicias Edicto aternitate digno, proposita, aegre ferret;*  
*Augustus Innocentio XII. scriptis literis, quae sua circa recuperanda summa*  
*in Patrimonio Petri sive Stati Romano lura, mens fit, aperte declara-*  
*vit: Nunquam scribens nobis persuadere potuissimus quod dum IURA NO-*  
*STRA IMPERIALIA circa Feuda in Italia & in STAV ROMANO sita, iuxta*  
*Leges Feudales & Nostram Iuramenti religione confirmatam Caſfaream Cap-*  
*itulationem VINDICAMVS &c. Beatitudi deſtra id aegre ferret. Haec Au-*  
*gusti verba omnia, Edictis litterisque continentur, quae Bovo de AND-*  
*LERN Addit. ad L. I. Tit. 5. fol. 248. plena vt vocant forma dedit.*  
*Quas Edicitorum-Romae propofitorum partes L. A. M. V. T. O. R. I. O exqui-*  
*situsimo Iuris augusti propugnatori, debeo, qui eas, additis solidissimis*  
*Observationibus illustrauit, Commentarii limatissimi des Droits de l'Em-*  
*pire sur l'Estat Ecclesiastique Chapitre XLV. p. 460. 461. seqq. Licet enim*  
*e Bibliotheca Patroni mei, Iurisprudentiae Andlerianae editionem locu-*  
*pletissimam eandemque quam summa cura describit MVRATORIUS at-*  
*que solertissime excitauit, dum haec scribo, in manu habeam, pagellae ta-*  
*men excellenterissimas has Iuris Imperiorii Vindicias references, Curiae-*  
*que Romanae exosae, entisae sunt, saluis reliquis auctoris additionibus.*  
*Quae res summo studio Volumen perquirenti permolesta accidit, su-*  
*spectionemque caſtrati studio Romanenſium operis, quod ad illas pagellas*  
*Pontificiae auctoritati nocentes, apud animum meum excitat. Quam*  
*Coniecturam probare mihi videntur causae Pontificiae defensores, qui*  
*Commentarii Muratoriiani p. 461. Editionem primam Operis Andleriani*  
*fecuti, has Leopoldi Vindicias pernegant, cumque oculis corum ad fidem*  
*poste-*

posterioris Editionis Edicta Augusta subiecisset MVRATORIYS, iueto remedio pagellis pernicioſas tollendas curarunt, quod Campidonae, aduentibus censoribus, quod munus Clericos manet, perfacile efficeretur. Quae quidem omnia missa facio, credoque a partium studiis remotos de fide Diplomatū Vindiciarumque Leopoldinarum certos esse ac confirmatos.

## V.

Anno 1696. Ecclesia Cathedrals Constantiensis, sociataeque in communī periculo aliae Germaniae Ecclesiae Augusti nostri summi Ecclesiārum Cathedralium Adnocati, contra Papalem vim, opem petierunt. Enim uero Pontifex conculeatis Nationis Germanicae Concordatis, quae ipsi in libera hac gente, cumulum diuinarum magnamque auctoritatem tribuerunt, ex plenitudine quam adfectat potestatis, Beneficium Meāse Papali vacans, Petro Philippo de Berleps, insigni corporis vito laboranti, \* contra Iuris Canonici & Pontificii scita, \*\* contulerat. Leopoldus vi offici quod circa Ecclesias Germaniacē habet motus, per Comitem de Martiniz summi animi virum & ad perficiendas contra Pontificem Vindicias planatum, Romae cauillam hanc strenue egit, deditque operam, ne Libertas Ecclesiārum Germaniae, quae adhuc reliqua est, sublati Concordatis detrimentum vel potius excidium capit. \*\*\*

\* Vitium corporis admodum deformē Legari Ecclesiastici datis ex Comitiis Ratisbonensis ad Pontificem d. 5. Jun. 1696. literis describunt, quas seruauit ERIC BOEHMER in der Staats-Cantzley. Tom. II. p. 59. Excell. Vir BOEHMER VS Iure Eccles. Prostl. L. I. Tit. XX. 5. V. p. 523, seq. vero exquise illufrauit.

\*\* Adhibe Tit. Decretalium, de corpore viuisatu ordinandu vel non, erudiſſiſſimumque BOEHMERI Commentarium.

\*\*\* Quid ipsi Augustus testatur, dato d. 3. Martii 1696. ad Martinizium Rescripto, quo se ad tuandas Germaniae Ecclesias vi officii obligatum pronunciat: Und uns benebens in Krafft unsers hoechsten Kayserlichen Amts foerderis obligeit, nicht nur bennelates des Reichs Stift Conflanz, sondern auch aller ubriger haber Erz- und Dom Stifter Iura auffrecht zuerballten, und was denensollen zum Nachtheil gereichen kan auf alle VVeife und VVege abzuwendēn. Plura excitato Cancellatiae. FABRI Tomo. II. huc pertinentia legas.

## VI.

Eadem virtute, accendentibus Imperii Electoribus, Principibus ac Proceribus Catholicae religioni addictis, praesidio sibi & Ecclesiāc-

clesiae Vormatiensi fuit, cum Pontifex *Cognitionem de statu & nobilitate jureret*, \* ac contra Nationis Germanicae Concordata Capitulorumque Statuta & Consuetudines, quae in plenisque Ecclesiis *Viro*s Germanos Nobiles solum admittunt, Iacobum de Bouille nobilitem extraneum, obtruderet, illiusque caussam aperte inquam more consuero, excommunicationis fulmine defendeter. \*\* Quae auxilia Ecclesiae Monasteriensi de Praepositi Electione cum Romana Curia pertinaciter conficiant \*\*\* tulerit, plene mihi haud constat, id certe libelli in Comitis Imperii propositi docent, ad Leopoldum tanquam summum Germanicarum Ecclesiarum Aduocatum pro Iustitia prouocatum fuisse. \*\*\*\* Quibus Leopoldi Vindiciis ieiune & exiliiter a me indicatis Literas ipsius ad Ferdinandum Mariam Cardinalem de Medicis exaratas \*\*\*\*\* adiiciam, ego non facio, quum tamen animum Leopoldi, quando de Augusta dignitate agebatur excitatum, monstrarent, Lectori iudicio permitto.

\* Literas Leopoldi, quibus Pontifici se opponit, exquirere non potui, credo que eas nondum editas, edendasque autem in *Londorpiorum Voluminum continuatione*. Vindicias tamen ipsas, Germaniae Archi-Cancellarius Elektor Moguntinus, scriptis Bambergae d. 10. Iuli An. 1699. ad Pontificem literis, fecit, apud FABRVN in der Staats-Cantzley Tom. V. p. 128, *Cognitione scribit*, autem an & quis vere Nobilis Germanus censendus sit, ut pote de re politica Imperatori aliiisque Germanis competit, nulli alterius nationis, quo sane summus Princeps ipsum Pontificem Italosque suos indigitat ne ianna aperiat, per similia iudicia quia EXTERI in Principatia, Ecclesiis, Episcopatu & Principatu ingrediantur; cum totius Imperii consultione.

\*\* Literas Libellosque huc pertinentes praeter FABRVN Tom. V. C. V. a. p. 120. ad 139. exhibet der Augsburger Monatliche Staats-Spiegel An. 1699. Mensa Decembri p. 27. An. 1700. Mensa Ian. p. 31. 32. Mensa Februario p. 1. Iuno p. 10.

\*\*\* Statutum causias huius disce aus dem Monatlichen Staats-Spiegel an. 1699. Augusto p. 21. An. 1700. Iulio p. 15.

\*\*\*\* Libellum Dietrichi de Plettenberg Legati Monasteriensis summa virtute contra Pontificis attentatum scriptum, habes l. c. ubi p. 17. Ordines Imperii rogat: *Diese Sache Ihrer Kaysерlichen Majestät als SVPREMO ECCLESIAE ADVOCATO PRO INSTITIA bewiglich zur recommendiren.*

\*\*\*\*\* Dedit eas luci diligens opera Amplissimi LYNI GILI Literis Procerum Europa Parte III. p. 310. 316. Altera, Augustus suo ad Cardinalitatem dignitatem candidato neglecto, in opprobrium Nationis Germanicae, prae-

praelatum fuisse Bellouissimum Gallum, conqueritur; Altera indignationem suam repetens, Numium Papalem absque sua approbatione Vietnam destinatum, reicit.

CAPVT SEPTIMVM  
VINDICIAE IVRIS IMPERATORII ADVER-  
SVS EPISCOPVM ROMANVM A JOSE-  
PHO I. FACTAE.

## I.

**J**OSEPHVS I. ad instaurandum Imperii decus natus & educatus, exercendis in Italia inque Pontificem Vindicis, eas nobis reddidisset, quas Fridericorum ac Ludouici IV. temporibus imperterrite factas annales memorant, ampliores omnino futuras aetio nostro fortunatissimo, quo uis fulgurum Louis Capriolini evanuit, ni funesta ac praecipitata Augusti mors, Romanum timore Virtutis Iosephinae perculsum codem liberaliter.

## II.

Cum vero misso per tempora Italici Belli subinde in hyberna exercitu victore, tempus Vindiciarum opportunum adesset; **F**ordum non solum in *Parmensi & Placentino ac Ferrarensi Ducatis, Territorioque Bononiensi* exegit \* firmum ac graue Iuris Supremi testimonium, frusta literis & minis obstrepente \*\* Pontifice; sed facta progressionē *summum Imperii Ius in Ducatum Parmensem & Placentinum, \*\*\* Ferrarensim adhaec Ducatum ac Comaeclense Territorium, a Pontificibus variis artibus turbatum, magna virtutis laude vindicauit, Mutinaeque Duci Beneficiario suo inter Longobardici Regni Vafallos fidem constanter seruant, in reperendo Ferrariae Comacique utili Dominio benigne adfuit.* \*\*\*\* Eamque his concertationibus Pontificis auctoritatem infringendo virtutem demonstravit, qualem vix crederes, nisi publica monimenta extarent. †

\* Facta in primis cum Parmensi Due per Marchionem de Prié An. 1707. d.  
27. Iulii Transactione, qua ad persoluendos 90000. aureos Hispanicos, obligatur. Adhibe *Articulos Transaktionis* in 10. EHRENFRIED ZISACKWIZI *Commentario de Vita rebusque Iosephi* p. 553. Antiquum hoc Auguſtorum Ius confirmat OTTO Fribingenſis, Lib. II. c. XIII. & RADEVICUS Lib. II. c. XXX. qui & Papalium Terrarum subditos ad praefienda haec onera obligatos adferit. I. \*\* Gle.

\*\* Clementis XI. literas minis plenas habes in LUNJCH Literis Proc. Europ. P. III. p. 971. seqq. & pasim apud Scriptores Etiae 103PFH. Quibus tamē magis exacerbavit excelsum Augusti animum.

\*\*\* Praefat audire Augustum in Apologia illa exquisitissima contra Literas Clementis XI. fulgurales Romae in valuis Basilicae Lateranensis, Petrianae, Cameræ Apostolicae, Cancellariae, in Monte Citorio alisque locis publice affixa, reperitur in FAEBI Statu. Cantzley Tom. XIII. cap. XVI. p. 629. Germanico idiomate, latinum enim exemplar frustra exquirui, vbi de fruola Declaratione Nullitatum a Pontifice contra Transactionem Parmensis Duci & Marchionis de Prié de Fodro facta, praefatus Augustus, his verbis ius suum defendit: *VVir haben nicht anders gekün̄t, als uns zum beffiegen über solche zu aertern, angesehen der Roemische Hoff, Vnser und des Roemischen Reichs, in Italien, und dessen darbon dependirenden Herzogthum Mayland, auf Parma und Placenz habendes uraltes Recht, sich mit Gewalt zueignen, und unter dem Schein, einer ihm über selbiges zustehenden Ober-Herrschafft, mit grosser Kübmheit über Hanssen werfern will, da doch sowohl die unwiderfprechliche Historie selbſten, als auch die von unsern Vorfahren denen Roemischen Kayfern ertheilte Leben-Briefe, sammt andern Actibus klar besagen, daß die alleinige, allerhöchste und Ober-Herrschafftliche Gewalt auf besagtes Herzogthum Parma und Placenz niemand anders, als Iuss, und dem Roemischen Reiche zustehe, und von Vns mit Selbigem die rechtmaßigen Besitzer des Herzogthums Maylands belehnet werden. Inde grauiflme demonstrat, antecedentes ipsum Augustos in primis Carolum V. ad mortem usque, Ius in Parmam & Placentiam seruasse; Concessione si quae facta fuerit, nullam esse, cum sit contra Capitulationes, quibus omnis alienandi potest Imperatori admota sit, subiungens: Dass die Reichts-Iura, nicht ohne seinem VVillen durch Partibliche Bullen, entriffen werden kannen, ob solche gleich mit noch so beffigten Bann-Strahlen und Donnern verberzerwaeren. Ridicula plane esse, Pontificum attentata, iudicium in propria cauffa sibi fumentum. Indep. 658. heroica proflus Augusto quo digna ratione suum Imperium Ius declarat: *VVir erklaebren demnach zu ewigwährenden Andenken, durch gegenwärtiges, protestieren zugleich, daß wir auf die Herzogthümer Parma und Placenz dem Roemischen Hoff ganz kein Recht, am allerwenigsten aber das Directum, und Supremum Dominium (die alleinige Ober-Herrschafftliche Macht) zuzufieben gesonnen oder ein solches zustehen koennen: Ia wir behalten vielmehr alle und jede Rechte, und Ober-Herrschafftliche Gewalt, die zu unserer Vorfahren, und unserm Præciudiz iemahlen surpirctus worden, es mög nun solches geschehen unter Wasser einem Vorwand daß es wolle, uns Kraft dieses zum kraeftigsten bevor, und confirmiren solche auf das gütigste als es seyn kan.**

\*\*\*\*Au-

\*\*\*\* Augustissimi Caesaris, & Sacri Imperii horumque Vassalli Serenissimi  
Ducis Ettensis Matritae & Regii Iuris in Comitatum Conzebianum concinna  
Oratione exposuit PHILIPPVS LUDOVICVS BRENNERVS cum Tubingae  
1710. publicam Iurium Professionem auspicaretur. Maiori vero adparatu  
publicoque nomine id egit, meo elogio maior L. A. MVRATORIVS  
cum Commentario plane egregio, des *Droits de l' Empire sur l' Etat Ecclesiastique*.  
Utriusque 1713. 4. Gallico Idiomate recuso; tum libellis ita-  
lico ferme exarat: *Osservazioni sopra una Lettera intitolata: Il Do-  
minio temporale 1703. 4. E' Umissa Supplica alla S. Caef. Real Ma-  
esta di Gioacchino I. Imp. di Rinaldo d' Este Duca di Modena per le controver-  
sie di Comachio in fol. 1710.* Quibus IVSTI FONTANINI, LAURENTII ZA-  
CAGNI Bibliothecarii Papalis aliorumque in causa mala eruditis egregieque  
versatorum Commentarios passim primum, uno demum Volumine *Romeae*  
1709. fol. iunctim, additis quibusdam MVRATORIVS lucubrationibus edi-  
tos, egregie confutauit. Adde SYNTAGMA H. G. Patroci mei, *Diff. XXXVIII.*  
§. XXII. p. 1891.

† Id quod praeter res gestas *Apologia illa Augusti* comprobat, quam omnem  
descriptam darem, si ea in oculis manibusque esset. Grauia modo  
verba haec perpende Lector quae *Tomo XIII. Cancellariae Fabri* p. 658.  
reperiuntur: *VVir wieder sprechen auch gleichfalls und gar absonderlich zum  
feierlichsten der von dem Roemischen Hofe über eines Tertii seine Rechte  
und Weltliche Güter gesuchten Potestat derer auch die Paefiflichen Bullen  
sich anmassen wollten; paucisque interiectis: Noch weniger stehen wir  
abgedachten Roemischen Hofe einige Gewalt zu, oder koennen zugeben,  
daß er sich solte unterstehen dürfen, dasiengie wieder aufzuhaben und zu  
Verungaltigen, was VVir vermoege unsers Kayserlichen Amts und Au-  
thoritaet einmahl anbefohlen haben.*

## III.

Quas superiori Italiae parte cooperat Vindicias, in extremitate eius  
strenue persecutus Grimani Purparati, pro Rege res ibi moderan-  
tis ministerio usus, decreto publicato, *Neapolitani Regni*, per Caro-  
lum V. iam ex parte liberati \* *Dominium Supremum Pontifici de-  
negavit, Comitatum Aunionensem & Beneventanas Terras, Nea-  
politani Regni veras partes repetiit, Iusque Regis circa Episcopatu-  
rus, Monasteria, Beneficia denique Ecclesiastica, adseruit.* \*\*

\* Vid. Cap. I. §. huius Commentationis.

\*\* CLAVDIVS IORDANVS Auctor Ephemeridum Historicarum, Gallico idio-  
mate scriptarum: *La Clef du Cabinet de Princes de l' Europe Tome Neuvième  
me Octobre 1708. p. 258.* Gallorum licet & Pontificis tunc paribus ad-  
dictus, *Capita Decreti Imperialis* inseruit, quorum duo priora adpono,

ita concepta: I. Il est défendu de prendre à l'anenir l'Investiture du Pape pour les deux Royaumes de Naples & de Sicile; parce que ce ne sont pas des Fiefs Ecclesiastiques, comme on l'a faussement cru jusques à présent. II. Que les Etats d'Avignon & de Benevento doivent être restitués à la Couronne de Naples, ayant été inutilement usurpez l'un par Clement VI, à la Reine Jeanne, & l'autre par Pie II. à Ferdinand. Inde X. qui se sequuntur Articuli, ad Ius circa Sacra Regibus Neapolitanis assertum, pertinent.

## IV.

Tandem vero nec fulminibus, nec armis Episcopi retardatus, misit Romam versus exercitum, quo facto cogitatio vastatae Caroli V. tempore Romae pertinaciam Praesulium fregit, ut conditions Imperatori honorificas accipere tandem cogeretur. \*

\* Erundens nomen habet laudans AUCTOR Vitae Iosephi im Curieusen Bücher-Cabinet sechsten Eingang p. 90. 91. seq. EVCHARIVS GOTTLIEB RINCK Vir Ceb. Vita Iosephi P. II. p. 444. p. 451.

## V.

Haec I O S E P H U S Iuris sui in Italia Defensor gessit; supersunt edita in Germania virtutis suae documenta haud minora iis, quae indicauimus. Enimvero circa Imperii primordia quod de amplissimis circa Sacra & Episcopatus Germania Iuribus reliquum habent Augusti, Primariarum Precum Ius, absque induitu Papali aut parentisque exemplo exercuit \* blanditiisque Pontificis prudenter reiecit, \*\* grauissimis Aulae sue administris, eruditissimisque in Germania Viris \*\*\* causam Vindiciasque Augusti probantibus & defendantibus; FRATRE demum A V G V S T I S S I M O pondus addente. \*\*\*\*

\* Quum Iosephus, Ferdinando Raesfeld Canonico Mindensi nullo Pontificis induitu exquisito, Primarias Preces ad Cathedralis Ecclesiae Mindensis Capitulum concessisset, graue hoc fuit Pontifici de Augusti virute sollicito. Igitur primum per Nuncium Coloniae Germanos in seruitute reincentem, Capitulum Hildesiense exaratis d. XVII. Nouembris literis ad reticendas Caesaris preces sine suo consensu inualidas, concitanit, postea d. VI. Martii suis idem litteris mandauit. Augustus contra exquisitissimis rationibus Ius suum defendit, quas contractas dedit, politissimus *Vita Iosephi* Anctor im Bücher-Cabinet P. VI. p. 79.

\*\* Adhibe Postulatum Pontificis VI. & VII. apud auctorem iam saepiusque excitatum, & cognoscet trementem Pontificem.

\*\*\* Qui contra IUSTUM FONTANINVM amplissimum doctissimumque virum

virum sub persona Conradi Oligentii Heri sui caussam defendantem, praeclare depugnarunt. Patrum meum optimum Excellensissimum virum B. G. STRUVIVM domino, Syntagma Iuris Publici Diff. X. g. XXXII. p. 210. huicque iungo Celeberrimos ICtos. I. H. BOEHMERVM Iure Ecclesiastico Protestant. Tom. II. L. III. Tit. V. s. CI. p. 339. seqq. & s. CXII. seqq. M. H. GRIENERVM Diff. de Primariis Pretribus Imper. sine indulcta Pontificis validis.

\*\*\* Qui pro summa in Imperio auctoritate, obsequium detrectantes ad faciendum officium suarum Precum Formulis severe compulsi.

## VI.

Exinde inter Viros Ordinis Ecclesiastici de Proedria acriter contendentes Indicem agens, Pontifici ad tribunal suum trahenti caussam restitut. Factum id, cum Franciscus S. R. I. Praelatus Monasterii S. Gregorii in Petri Domo, Constantiac Abbas, inter Suevicos Praelatos, in Comitiis Imperii, suffragator, cum Creuzlingensi ex Turgoia Helvetiorum Praelato de procedendi sedendie ordine deceraret, Creuzlingensis, Praelatis immediatis hanc annumeratus de victoria diffusus, ad Seruum Seruorum de ambitione controversiam decidendam, perduxit, gratus in Curia Romana ciuilia negotia magnopere anhelante, acceptusque,\* Iosephus autem tempestiu monitus, Petershusano iniuria euocato, ne ciuilem hanc Caussam in Aula Romana ageret, interdixit, denunciata si fecerat x. Marcaram auri poena.\*\*

\* Confer aptam connexamque huius caussae seriem quam filio nitidissimo dedit Amplissimus VII IO. IOACHIMVS MULLERVS Serenissimo Venerariensi Duci a secretioribus Epistolis, Electis Iuris Publici Tomo V. p. 53. Addit scripta alia in Comitiis Imperii Curiaque Romana edita hic facientia Tomo VI. p. 381. seqq. p. 630. seqq.

\*\* Interdictum Augusti extat Tom. V. p. 61. ad Vindicias autem nostras verba pertinent: wann nun ob allerhöchstgedachte Ihre Keyserliche Majestät über ein Statut Imperii habendurā und errogatiū mithin auch über diese die Præcedentiam & dignitatē betreffende Sach, als ein civil and politisches Verck denen Reichs-Constitutionibus schnurstracks zuwieder, eine auswendige Diindicatur keinsweges gestatten koennen; Als haben Ece. gestalten I. K. M. im fall dieser Streitigkeiten halber bey dero selben gebuhrend angerufen werden solz, besindlichen Dingen nach, die Decision zu thun nicht ermangeln werden.

K

CAPUT

70 VINDICIAE IURIS IMPERATORII ADVERSUS

CAPUT OCTAVUM  
VINDICIAE IURIS IMPERATORII ADVERSUS  
EPISCOPVM ROMANVM A CAROLO VI.  
AVGVSTISSIMO, FACTAE.

I.

CAROLO VI. maximo orbis Princepi virtutibus ac victoriis  
censuato, Iura Regnorum suorum ad solis occulatum primum,  
deinde Imperii dignitatisque Augustae propugnandi necessitatem  
a primis annis \*\* impoluit Clemens XI. prudentia, eruditione,  
suetate morum insignis Praefus, si sacrum dominatum, Gallicique  
nominis & iam Hispaniarum iniuroris studium excipias, singulari-  
tate laudandus.

\* Odium hic designo capitale Clementis XI. aduersus Augustum nostrum  
& Austriacam Familiam, cuius vim in bello rebusque de Monarchiae Hi-  
spanicae hereditate gestis vidimus, dum Heredem legitimum contra omnia  
Iura repudiaret, & non nisi armis & extrema necessitate coactus. Regem  
Hispaniarum eum fructu excoigitatis fallendi artibus, agnoscet. Com-  
para RINCKII de Vita Iosephi Comment. p. II. p. 450. seq. Auctorem  
Anonymum im Buehersaal P. VI. p. 75. 93. seq.

\*\* Inter spissas de Electione Caroli VI. magis Imperatoris, Consultationes, ea  
Clemens XI. per emissarios & excusores suos attentavit, quae Augustis  
liberi Imperii, indigna maxime, incitamentoque esse debent, ad infrin-  
gendas Pontificum vires in causis cumprimis Imperii. Sparsis enim Il-  
bellis Germaniae iniuriosis, Imperium in Dominio Pontificis Electionem  
Imperatoris eius arbitrii esse scriberebant; Capitulationis Leges ad nocturnam  
Curiae Romanae ordinandas, usque restitutionem Cornicis omnino  
interferendam; Minae adhaec in Electores iactae. Singula haec aperit ar-  
canorum concius, illustrissimus AVCTOR des Remarques Nouvelles sur un  
Bref du Pape à Cologne 8. Conf. Acta Eind. Germ. Lipp. Tom. III. p. 64. seq.

II.

Aduersus hunc ergo, patris fratrisque AVGG. vestigia \*  
gloriosa aemulatione secutus, consilis sententiisque Iudicij Aulici  
prudentissimis, \*\* inueterata cum primis consuetudine Pacificatio-  
ne Osnabrugensi comprobata, \*\*\* firmatus, Iuris reliqui circa  
Sacra, quod in dirigendis ad plerasque Germaniae Ecclesiis Mo-  
nasteriaque, Primariis Precibus consistit, acerrimum defensorem,  
nullo Romani Praefusus consensu (Indultum vocant) expedito, se  
gescit, Procesque suas Ecclesiis Germaniae commendauit. Tandem  
post

EPISCOPOS ROMANOS A CAROLO VI. AVGUST. FACTAE. 73

post diuturnos Curiae Romanae labores, beneuola compellationes per Marchionem de Prié facta obseruantiam Sedi Romanae pollicites, nulli de hoc suo circa Reliquias Iuris Sacri Iure remisit, licet Pontifex ridicula sane ratione Indulti loco Responsum suum, habet.

\* Confer Cap. VI. s. 2. & Cap. VII. s. 6. Commentationis huius. Addo Electio*nis* Iuris Publici Tom. VI. p. 949.

\*\* Communibus omnium suffragiis, & singillatim datis, ex quibus lucem visiderunt, NICOLAI CHRISTOPHORI L. B. de LYNCKER Confiliarii Imperialis Aulici, in tuendis Augustis Iuribus summe promeriti, *Vindiciae Primariarum Precum Caesararum Matesbati*, suo s<sup>o</sup>no & proprio iure s<sup>o</sup> ac virtute Electionis per Imperium competentium. Si ipsum ad confitacionem vel exercitium eorum s<sup>o</sup>lo Pontificis Max. indultu nec indigere nec obligatum cum s<sup>o</sup>lo & illeso Iure suo & Imperii acceptare posse aut debere vide*ri* queat. Iena 1712. fol.

\*\*\* Quod fundamentum Iuris sui, non Pontificis Consensum ponit Augustus in *Precum Primariarum formula Generosissimo Domino FRIDERICO ERNESTO de BOBENHAUSSEN*, Equiti Franco, imaginibus gentis, virtute & doctrina conspicuo, Fautor meo multis nominibus honorando, Viennae d. VI. Martii An. 1715, ad Decanum & Capitulum Cathedrae Ecclesiae Merfurgenensis data, ubi Augustus de suo Iure prouocat: *Quare cum Nobis ad Praedecessorum nostrorum imitationem EX INVETERATA CONVENTUDINE ETIAM PACIFICATIONE OSNAERGENSI CONFIRMATA IUS COMPETAT Preces Primarias portugendi &c.* Confidam plane Formulam *Precum Caroli VI.* habes in *Iuris I. P. ad Collégium mediaturum datam, Tom. VII. pag. 975.* quam obseruationibus eruditis illustrauit **NULLERVS** honoris causa nomi-

nandus.

\*\*\*\* Orationem Marchionis de Prié ad Pontificem d. 16. Febr. 1714, habitam cum Réspōto seruanti Electo*nis* I. P. Tom. VI. p. 955. quibus tamen nullamentio Regalis Refracti Caesarei quod ad Preces Primarias, facta, resiliatur.

His rite confessis, cum adhuc \* de Proedria inter Petershausen & Creuzlingensem Praelatos concertatio serueret, atque Petershusanus contra Leges Imperii & Nationis Germanicae Concordata, Romanum evocatus, non comparens cauſa cecidisset, \*\* per papalem sententiam ad concedendum Creutzlingensi priorem locum & restituendas impenas condemnatus; isti Caesarem Indicem

huius quaestione vnicum appellauit. Qui sane, per Ordinum Imperii Placitum monitus, \*\*\* turbatam suam in causa bac civili Iurisdictionem, Virique Statibus Imperii adscripti temerariam Euocationem grauissime tulit, & aemulis de dignitate Abbatibus, agentiae in Aula sua controuersiae, necessitatem, additis poenis mandauit, Nunciisque Pontificis & Viennae, & apud Heluetos degentibus, Pontifici denique per legatum indignitate rei demonstrata, se ad Capitulationis normam sui Iuris strenuum Vindicem futurum, denunciauit. \*\*\*\*

\* Cap. Septimo §. VI.

\*\* ELECTA Iuris Publici Tom. VI. No. XVII. p. 381. seqq.

\*\*\* ELECTA Iuris Publici Tom. VI. No. XLVIII. p. 630. seqq. Vbi Acta Cemitorum in hac causa reperiuntur.

\*\*\*\* Id enim Comiti de Galles Legaro apud Pontificem rescripta die 29. Maii 1714. Electis I. P. Tom. VI. p. 972. transmisit simul mandatis hac in causa datis, subiungens: Auf daß Du davon vollkommenlich unterrichtet, dem Paetstlichen Hoff vorzufellen wisseß was solches sein Verfahren für eine VVeilaeuffigkeit und Auffsehen nach sich ziehe, & wir auch Krafft unsrer VVahl - Capitulation, zumahlen da die Sache nicht nur vorhin bey unsren Keyserl. Reichs-Hofräth anhängig gemacht, sondern auch an das Reich, und von Demselben an Uns, durch Gutachten gebracht worden die Iura Statuum & Imperii bey der Pacbstlichen unbefugten Iudicatuß, über der Geist- oder VVellichen Reichs-Ständen, VWelliche, niemand als einem Roemischen Kayser alleine zur Entscheidung unterworffnen ZBößigkeiten, zu handhaben uns nicht entbrechen kuennten. Addę reliqua Augusti Rescripta & Mandata a p. 968. ad p. 980, nil nisi virtutem spirantia.

#### IV.

Admirabili plane constantia & fortitudine Anno 1714. Bussii Nunci Papalis Coloniae sedentis, ob nauatam hanc egregiam Hero suo operam Purpura tandem donati, effrenatae libidini fortissime repugnauit. Is enim summo laus conturbatis, qui apud Principes Catholicos Iurisdictionis Civilis & Ecclesiasticae diuisi sunt limitibus, ipse primum, postea per administratorem Nunciaturae Borgiam, omnem Academiam Colonensem nulla personarum causarumque habita consideratione potestati Pontificis plene subiicere; in primisque controuersiam de Decanatu Professores Iuris Civilis inter & Canoam Doctores ortam, decidere tentauit.

Cum

Cum vero haec machinae non procederent, re ad Imperatorem de-  
lata, furiosi homunciones, Viros innocentes iudiciumque Augusti  
implorantes, & res omnes ad eius normam componentes, vel banni  
fulmine perculserunt, vel Censurae Ecclesiasticae subiecerunt. Ad  
quorum facinorum cumulum Breue Pontificis accessit, quo Comiti  
de Koenigsegg Leutmaritiensi Episcopo, Praeposito ac Canonico  
Colonensi ac Salzburgensi, res Augusti plena potestate Coloniae  
agenti, sacrorum administratione interdictum fuit.\* Quibus alii-  
que similibus lacesitus Imperator maximus, sempiterna memoria  
dignas egit Vindicias, quarum pars a me relata, \*\* Lectorem ad  
reliquarum peruestigationem perfacit excitabit.

\* Ordinatum magis atque limatiorem rei gestae seriem, ex literis Augusti su-  
me Lector Electis I. p. Tomo VII. N. XXV. p. 469. seqq. mili eam in  
tanta festinatione pagellaque angustia dare non licuit, merentur certe  
inter omnium Augustorum Vindicias hac Carolinae principem locum.

\*\* Particulam Tibi Lector adpono Recripti Imp. ad Cardinalem de Schrot-  
tenbach d. 20. Martii 1714. dati, quam inuenies Tomi VII. pag. 480.  
Iß zu Unser und der ganzen ehrbaren Welt nicht geringer Befremdung  
immitiss ein allerdings übelgegründetes fast aergerliches Breue  
Apostolicum dessen Ohnbesonnenheit und sehr weit ausschende  
folge dem Statui Ecclesiastico keinen Nutzen oder Ansehen zuzie-  
hen kan, wieder unsern vorerbbebnten Plenipotentiarium ererblichen Ebor-  
den. So haben wir über alles dieses von unserm geborsamsten Reichs-Hof-  
Rath das abschriftlich bisbey gebunde Gutachten sammt der mikkommen-  
den rehslichen Deduction unsers hierinnen wohl fundirten Kayserlichen  
Rechts und Befugniß abzufordern für noetig befanden, seind mithin auf  
dessen staatlichen Grond ( so gern wir sonst mit dem Paetblichen Stuhl in  
all möglichen Dingen Rube und Einigkeit zubegen geneigt seyn ) nachdem  
wir unsre Kayserliche Langmuthigkeit ohne KVirkung geschen, und unsre  
vielfältige glimpfliche Vorstellung bey der dahisigen und Calvischen Nunzia-  
tur mit aulim nichts gefruchtet, sondern wir obzurneuzen müssen, daß  
unter schmeichelhaften Worten obneydentliche Taten taeglich  
veraergert werden, obnumgaenglich bemüsiget worden nicht allein wvie-  
der vorerbbebnte Doctores Ecclesiasticos das in Abschrift beyliegende Decret  
ausfertigen lassen, sondern endlich zu Verordnen, das vorermeldter Borgia,  
im fall er noch zu Celin wvae, innerhalb acht Tagen von dorten und in  
Termino von Vier VVochen, unter beyschiffenden Unserm Kayserlichen  
Geleits-Brief aus dem Reich wwegzuschaffen.

V. In

In ITALIA summa rerum constanter turatus est, *com-  
alumque seruauit*, potentia proinde sua, qua ad Carolum V. proxime accedit, caelis bis ad intercessionem Turcis, munitissimisque viribus & castris receptis, Pontificem Vasallosque Italiae trepidantes reddidit. Qui iam contra sacramentorum religionem, auctore sine dubio Pontifice, augustae dignitatis antiquo hoste, Hispaniarum invasori, federe occulto iuncti, CAROLO legittimo Italiae omnis Domino, amplificandorum Iurium, occasionem iustam suppeditabunt. Quia Caesaris Maximi ac Summi Italiae Iudicis, ultra Alpes & Apenninum VINDICIAE, ut auspicio contingant, IVSQUE IMPERII SUPREMVM IN PARMENSEM & PLACENTINVM Ducatum, ETRURIAM omnem, ONTIFICIS TERRAS utilitatum dominio, ab Augustis Romae Epicopis donatais, robur & incrementum accipient, CAROLO VI. IMPERATORI AVGVSTO. PIO. FELICI. VICTORI. AC. TRIVMPHATORI. IVRIS. SVI. ADVERSVS. PONTICEM. VINDICI. deuotis animis Euangelici in obsequio erga AVGVSTVM semper firmi, inter Secularia Sacra Secunda religiosissime mecum precantur.




Jena, Diss., 1717

(x 2583 127)

KO18







1557  
1717, 15  
20

D. D. I.  
INTER  
SECVLARIVM SACRORVM EVANGELICORVM SOLEMNIA II

# VINDICIAS IVRIS IMPERATORII ADVERSVS VRBIS ROMAE EPISCOPOS

AB  
IPSID AVGVSTIS FACTAS  
DVCTIS A TEMPORE REPVRGATAE IN GERMANIA  
DOCTRINAE CHRISTIANAE INITIIS

AVSPICIO  
RECTORIS ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMI  
SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI  
**DN. GVILIELMI HENRICI**  
DVCIS SAXONIAE IVLIACI CLIVIAE MONTIVM  
ET ANGARIAE RELIQA

PRAESIDE  
**DN. BVRCARDO GOTTHELFFIO**  
**STRUvio Icto**

SERENISSIMORVM DVCVM SAXONIAE VT ET SERENISSIMI MAR-  
CHIONIS BRANDENBURGICI CONSILIARIO, ETIAM AVlico,  
DVCALI HISTORICO, IVRIS AEQVE AC HISTORIARVM  
PROFESSORE PUBLICO

PATRONO AC PRAECEPTORE AETERNIS OBSE<sup>QVIIS</sup> COLENDO  
IN AUDITORIO IVRIS CONSULTORVM  
AVGUSTI IVRIS FAVORIBVS  
PER QVIRENDAS PROFONIT  
AVCTOR

**CHRISTIANVS GOTTLIEB BVDER**

LVSATVS  
AD D. NOVEMBRIS A. AERAE DIONYS.  
el 1cc XVII.

LENAE LITTERIS FICKELSCHERRIANIS.  
Praenobilissimo, Amalissimo, Confultissimo On Wab:  
Lusatiae Superioris Proceribus a Secretis Patro-  
no singulatiter celendo m. obseruantiffing At: